13

DE

MORBIS NERVORVM, EORVMQVE FREQVENTISSIMA EX ABDOMINE ORIGINE

CONSENTIENTE ILLVSTRI MEDICORVM ORDINE

PRO

SVMMIS IN ARTE SALVTARI HONORIBVS RITE CAPESSENDIS

QVAEDAM PROPONIT.

IOANNES HEINEKEN

BREMA-SAXO.

D. XVI. M. AVG. MDCCLXXXIII.

GOETTINGAE,

LITTERIS IO. CHRIST. DIETERICH

ACAD. TYPOGR.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b3079271x

LIBERAE AC INCLYTAE

SACRI ROMANI IMPERII

REIPVBLICAE BREMENSIS

S E N A T V I

S P L E N D I D I S S I M O

V I R I S

PERILLVSTRIBVS, MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS CONSVLTISSIMIS, DOCTISSIMIS NEC NON PRVDENTISSIMIS

P R A E S I D I

C O N S V L I B V S

S Y N D I C I S

S E N A T O R I B V S

PATRIAE PATRIBVS

RELIGIONIS, IVSTITIAE,

SALVTIS AC LIBERTATIS PVBLICAE

PROPVGNATORIBVS, STATORIBVSQVE

INTEGERRIMIS VIGILANTISSIMIS

MVSARVM TVTORIBVS OPTIMIS

FAVTORIBVS SVIS

SVMMA REVERENTIA AETERNVM COLENDIS

HANCCE DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

OMNI DEVOTIONE AC REVERENTIA

SACRAM FACIT

AVCTOR

Cum peractis ſtudiis academicis, Diſſertationis inauguralis materiam qualem mihi ſumerem meditarer, morborum neruoſorum origo prae aliis multis diſquiſitioni maxime digna videbatur. Quippe cum malorum cohors, quae ex abdomine veniant tanta ſit, multique inde neruorum morbi oriantur; frequentius quoque, quam olim creditum factumque eſt, infimum ventrem vt cauſam eorum accuſandum eſſe credidi.

Magni quidem momenti de capitis morbis eorumque in abdomine ſede ſcriptum Cl. RAHN *exſtat: cum vero ille huius partis mala tantum pertractauerit, me haud inutilem laborem ſuſcepturum fore putaui; ſi de praecipuis aliis*

ſyſtematis neruoſi affectibus, quantum breuiter fieri poſſit, agerem.

Praetermittere vero non poſſum, quin confitear Celeb. STROMEYERI *praeceptoris mei ad cineres vsque pie colendi ſuaſu, hoc magni ponderis opus ſuſcepiſſe, qui etiam conſilio ſuo in hoc labore beneuola mente mihi adfuit, ſcriptaque neceſſaria ex librario ſuo inſigni obtulit, cuius beneficii multorumque aliorum mihi praeſtitorum memoria donec vitae in me ſuperit halitus ſancta, animoque meo nunquam erit exciſura.*

---

§. I.

§. I.

Ab omni tempore in eo occupati fuerunt medici, vt rectas ſibi morborum neruoſorum notiones compararent, eosque iuſto modo definirent.

Princeps eorum magnus ille BOERHAAVIVS *a*) omnem neruorum actionem laeſam morbi neruoſi nomine apellat. Licet quidem haec definitio vera ſit, non abeſt tamen quin varia contra eam proferri poſſint. Nemo enim ſecundum illam morbos nerorum ad lectum aegroti ab aliis morbis dignoſcere poterit, cum in omnibus fere morbis ſymptomata appareant, quae neruorum laeſam actionem ſignificantes, ad neruoſorum tamen affectuum claſſem minime pertinent: quis e. g. hac definitione vſus diſcrimen inter febrim et morbum neruoſum invenire poteſt? In illa enim eueniunt non raro multa, quae ſyſtema neruoſum laeſum eſſe indicant, frigoris ſcilicet ſenſatio quae nonnunquam in mente aegroti ſolummodo adeſt, ab adſtantibus non animaduertitur, et admoto quoque igne non mutatur *b*), febri tamen morbi neruoſi nomen reuera non convenit

a) Praelectiones de morbis neruorum edit. Iac. van Eems. L. B. 1761. T. I. p. 66.

b) CL. THAER D. de actione ſyſtematis neruoſi in febribus. Goetting. 1774. p. 78.

venit. BOERHAAVII definitio eodem modo ad multos alios morbos quadrat, qui cum morbis neruoſis facile confundi poſſunt; varii vero affectus qui neruoſi dici merentur, ſub hac non comprehenduntur: quod vitium magnus vir ipſe commiſiſſe videtur, cum morbos pertractauerit multos, hic non pertinentes aliosque huic claſſi adſcribendos neglexerit.

Arduum quidem eſt hos morbos ob variam eorum naturam, et innumerabile quibus ſtipantur ſymptomatum agmen, definire: interea tamen hoc optimo cum ſucceſſu nonnulli ſuſceperunt autores: horum inter primum locum occupat R. WHYTT, qui morbos neruoſos *affectus eſſe dicit, qui ob peculiarem neruorum ſenſibilitatem aut aliam conditionem praeternaturalem a cauſis excitantur uonnullis, quae in alius conſtitutionis hominibus talem mutationem nunquam, aut in minimo gradu producunt* c).

Hanc ideam quoque fovet Celeb. SELLE in deſcriptione, quam de febribus, attactis dictis profert, quo nomine *morbos quibuscum praeternaturalis partium irritabilitas et ſenſibilitas coniuncta eſt, comprehendit et in quibus ſymptomata apparent, quae nec inter ſe nec cauſis manifeſtis reſpondent* d). Huic ſententiae tandem

c) On the neruous diſorders germanice edit in libro cuius titulus Sämmtliche zur practiſchen Arzeneikunſt gehörige Schriften. Leipz. 1771. 8. pag. 311. 12.

d) Rudimenta pyretologiae Berol. 1773. 8.

tandem aſſentit Cl. DANIEL *e*), et praecipue quum de ſyſtematis ſenſibilis et irritabilis mutata conditione loquitur.

Horum virorum ſententiae veritati quidem non contradicunt, praeſertim in illis morbis dequibus CEL. SELLE et WHYTT loquuntur, abſit ergo a me vt illas reiicerem; liceat tamen mihi, dubia aliqua proferre, quibus permotus huic illos definiendi methodo in genere conſentire nequeam.

Nonnulli inueniuntur morbi ab omnibus neruoſi dicti, in quibus vero haec neruorum praediſpoſitio non adeſt; exemplo mihi ſit apoplexia, affectus in corporibus ſaniſſimis et humorum copia abundantibus frequentiſſimus, a congeſtione ſanguinis ad caput et compreſſo inde cerebro ortus, quoſanato non raro paralyſis vnius vel plurium partium reſtat: nulla interea praediſpoſitio apparuit antea morboſa, cauſa vero hoc malum producens fuit ſanguis cerebrum et initia neruorum mechanice comprimens, ita vt ſymptomatum huius morbi ratio ſufficiens in cauſa haereat manifeſta. Obiiciat mihi fortaſſe aliquis, hanc congeſtionem ſequelam fuiſſe huius morboſae praediſpoſitionis, et ab irritamento quodam neruis applicato, excitatam eſſe; hoc nonnunquam euenire poſſe, haud neſcio, ſemper vero locum habere, nego: morbus nempe iſte ſubito ſine alia cauſa incognita ex inſolatione, exaeſtuatione, ebrietate, aut vitio aliquo mechanico tranſitum ſanguinis a capite impediente

 oriri

e) Syſtema aegritudinum, Lipſ. 1781.

oriri poteſt, qualis hic requirebatur praediſpoſitio neruorum, anne cauſae enarratae ad totum producendum morbum ſufficiebant?

Si haec praediſpoſitio denique neruorum in morbis neruoſis pro ſigno eorum characteriſtico aſſumitur, id quoque de illa valet, quod de definitione BOERHAAVII iam diximus, eam iuſto laxiorem eſſe, cum affectus multi in conſpectum veniant, in quibus talis quidem neruorum praediſpoſitio deprehenditur, quos tamen nemo morbis neruoſis adnumerat.

§. II.

Minimi interea pretii res eſt ſententias aliorum in dubium vocare; meliores autem proferre iuuenis in arte noſtra haud ſatis experti ſuperat vires, cui magis incumbit aliorum virorum dictis confidere, quam proprias enarrare ſententias, easque pro veris venditare: Liceat modo nobis noſtram de morbis neruoſis ſententiam breuiter exponere. Omne quod accidit in corpore fit aut inſcio animo cum eius imperio non ſubditum ſit, aut illo cognoſcente et gubernatore. Laeſiones actionum, motuum ac ſenſationum ab eo non dependentium ſub variorum morborum imagine apparent, illae vero in quibus vis animi res externas corpus afficientes diiudicandi cognoſcendi motusque voluntarios perficiendi quam alias poſſederat deficit, aut praeternaturaliter mutata eſt, appellari merentur

rentur morbi neruoſi: ea tamen limitatione, vt illis ſolummodo hoc conueniat nomen, quarum cauſa mali praeſentis proxima cerebro aut neruis inſit, cauſae enim ſedes illas ab aliis affectibus in muſculis aut vaſis aut aliis partibus poſitis diſtinguit.

Hanc ſi de neruorum morbis ſequimur ideam non difficil erit illos cognoſcere, in omnibus enim inuenimus, animum aut imperium quod in corpus exercuit, aut facultatem cognoſcendi et diiudicandi tali gradu qualis ad corpus ſanum conſeruandum requiritur non poſſidere, hocque vitium in cerebri vel neruorum affectione morboſa poſitum eſſe.

Si etiam alius generis morbi in conſpectum veniant his primo intuitu ſimiles, adhibita tamen attentione diſcrimen facile deteges. In aliis eſt laeſio actionum inuoluntariarum, in aliis peccant praecipue muſculoſae partes in aliis rurſus humores, quod vero in morbis neruoſis locum non habet; adeſſe quidem poſſunt varia in corpore vitia, quae vero per ſe hos affectus non producunt, ſed ſolummodo ſecundarie dum neruos afficiunt.

§. III.

Qualitas partium muſcularium quae in eo eſt, vt ad ſtimuli contactum ſe contrahant dicitur ab ILL. HALLERO *a*) vis inſita,

a) primae lineae Phyſiologiae edit. ILL. WRISBERGII praeceptoris mei aeternum colendi. Goett. 1780. §. 400.

inſita, ab aliis vero vis vitalis *b*) et in illius exceſſu cauſa febrium latet proxima *c*). Communicat cum illa altera vis neruis propria, et ſenſibilis ſiue animalis dicta *d*), ita vt haec illi pro irritamento ſit aliaque aliam incitet. Hoc aeternum quaſi vinculum demonſtrare quoque anniſus eſt CL. THAER *e*) ſimulque omnia quae ſenſibilitatem augent etiam vim excitare vitalem, et e contrario ea quae neruorum vigorem infringunt irritabilitatem quoque minuere demonſtrauit. ILL. ZIMMERMANN *f*) ita inueniſſe refert irritabilitatem, vt ſit quaſi quantitas neruorum, quod vero in genere aſſumi nequit, cum partes nonnullae adſint, quae licet ſummo irritabilitatis gradu gaudeant tantam vero neruorum copiam non acquiſiuere, quae huic vi proportionata eſſet.

Hoc inter illas vires connubium ad varias motuum aberrationes in neruorum morbis ſolummodo inſeruire videtur. Interea vero non credo, irritabilitatem tantum ad eorum ortum conferre poſſe, quantum requiritur.

Habent praeterea nerui aliam vim motus in muſculis ciendi *g*), quae a vi fibris muſcularibus inſita valde diuerſa eſt

b) GAVBII inſtitut. Pathologiae Lipſ. 1759. §. 170. THAER D. cit. pag. 10.

c) CL. WEISSE D. deirritabilitate morborum genitrice Pr. ILL. BALDINGERO Ienae 1772. THAER l. c. §. 19. VERSCHVIR D. de arterianem et venarum vi irritabili GROENING. 1766. §. 9. 10. etc.

d) GAVBIVS l. c. §. 173. 79.

e) D. cit. pag. 11. 12.

f) De de irritabilitate §. 2—50.

g) HALLER l. c. §. 367.

eſt *h*). Vis enim vitalis aut inſita partibus etiam poſt mortem ineſt, et amiſſa iam per ſtimulum acriorem reuocari poteſt, ſupereſt quoque neruis diſſectis aut ligatis, et in iis animalibus inuenitur in quibus nullum cerebrum nullique nerui detecti ſunt *i*).

Motus quoque quos muſculi ſecundum mentis voluntatem perficiunt a neruis ſolummodo proficiſcuntur, ligato neruo aut deſtructo motus perit muſcularis, irritato vero illo muſculus quem adit vehementer conuellitur *k*).

Negare quidem nequeo, irritabilitate aucta diſpoſitionem ad morbos neruoſos augeri, illosque vehementiores reddi; probabile vero mihi videtur praecipuam horum affectuum cauſam in neruorum ſenſibilitate *l*) illorumque vi motus producendi voluntarios poſitam eſſe *m*). cum in omnibus neruorum morbis horum vitia luce meridiana clarius appareant.

§. IV.

h) HALLER l. c. §. 400. et nota Ill. Editoris N. 4.

i) HALLER l. c. pag. 404.

k) HALLER. l. c. §. 403. *eiusdem* elementa Phyſiologiae Lauſan. 1762. T. IV. p. 322.

l) HILL in L. the conſtruction of the nerues and cauſes of neruous diſorders Lond. 1758. ſenſibilitatem auctam aut imminutam pro cauſa aſſumit.

m) CHEYNE de fibra §. 7. omnes morbos neruoſos diuidit in morbos cum ſtupore defectu motuum voluntariorum et conuulſionibus.
SELLE medicina clinica. Berl. 1781. p. 293.

§. IV.

Omnes quidem mortales his ſentiendi motusque ciendi inſtrumentis gaudent, qualitas vero eorum eſt tam diuerſa, vt non facile duo inueniantur homines in quibus illa aequaliter ſit diſtributa. Alii enim habent ſummum ſenſibilitatis acumen facultatemque corporis partes alacriter mouendi, cum alii ita ſint conſtituti vt non facile afficiantur omnesque motus tarde perficiant.

Id vero quod neruorum conditionem tam variam reddit, ſine dubio morborum permultorum neruoſorum continet rationem; et pro cauſa ad illas diſponens haberi poteſt. In omnibus enim huius generis affectibus, paucis exceptis, praeternaturalis neruorum inuenitur diſpoſitio, ita vt vis ſentiendi ac mouendi aucta modo, modo imminuta, modo praeternaturaliter ſit mutata. Magnus adeſt morborum numerus in quibus talem neruorum diſpoſitionem ad hoc aut illud vitium aſſumere coacti ſumus, ſi cauſarum nonnullarum manifeſtarum actionem explicare volumus, ſic v. c. ingluuies aut aliud in primis viis accumulatum in vno homine paucas procreat moleſtias, cum in altero ex eodem fonte affectus vehementiſſimi originem trahant *a*). Ventriculum corruptum ſuffuſionem produxiſſe refert LOMMIVS *b*). Acidum primarum viarum in infantibus non raro eſt cauſa conuulſionum.

Vulnus

a) WHYTT l. c. p. 255. 261.

b) Obſeruationes medicinales Amſt. 1761. L II. p. 92.

Vulnus in parte quadam minimum in hominibus ſenſilibus excitare valet tetanum, et a plantae pedum titillatione motus epileptici obſeruati ſunt *c*).

Sed vt plura huius praediſpoſitionis phaenomena ſilentio praeteream, dixiſſe ſufficit talem praeternaturalem neruorum conditionem ſaepius per ſe non accedente alia cauſa materiali morbos neruoſos excitare poſſe qui nomen morborum ſine materia *d*) audiunt. Nerui ita vt aliae partes a vitiis variis ſubſtantiam ſolummodo eorum, integumenta aut id quod inter illos mouetur (fluidum vulgo neruorum dictum) attingentibus affici poſſunt, quae dilucide pertractata ſunt non ſolum a BOERHAAVIO *e*), ſed etiam ab ILL. TISSOT *f*), qui neruorum malam diſpoſitionem ab illis dependere contendit *g*). Imo haec vitia tanto adeſſe poſſunt gradu, vt aliae cauſae occaſionales ad procreandos morbos neruoſos non neceſſariae ſint.

§. V.

Quanquam vero morborum hanc cauſam agnoſcentium copia non ſit exigua, illi tamen qui a materia quadam ſtimuli in

c) WHYTT l. c. p. 266. VAN SWIETEN commentar in aphorism. BOERHAVII T. III. p. 402. THAER D. cit. p. 30.

d) TISSOT traité de nerfs et de leurs maladies, german. edit in operibus omnibus ſub titulo Sämmtliche zur Arzeneikunſt gehörige Schriften. Leipz. 1782. T. III. p. 645. etc. morbos primitiuos appellat.

e) de morb. nerv. T. I.

f) l. c. T. III, p. 586.

g) l. c. p. 622.

in modum neruos vellicante originem trahunt, longe ſunt frequentiores; qua de cauſa medici etiam eſt in quodam nervorum morbo attente inquirere, anne adſit cauſa materialis nec ne: quid enim omnia medicamenta neruina proficient latente irritamento quodam in corpore quod remoueri debet, ſi exoptatum morbi finem aſſequi velimus? Cognitio vero praeſentis cauſae materialis non ſufficit, ſed iuſta tam illius naturae quam ſedis notitia abſolute requiritur. Quodlibet acre in corpore turbas neruorum excitare valet, ſpontaneas humorum corruptiones affectus producere neruoſos perhibent ac exemplis illuſtrant varii autores *a*), et morborum neruoſorum a retentione materiae exanthematicae et arthriticae hiſtorias invenimus in ſcriptis MVSGRAFII *b*), WHYTT *c*). et ILL. TISSOT *d*) et cui in arte medica haud plane inexperto non ſunt cognita ſymptomata neruoſa a lue venerea laruata, a materia tranſpirabili retenta et colluuie primarum viarum? Hoc vero cum ita ſe habeat quilibet perſpicere poteſt, medelam morborum neruoſorum non ſemper eandem eſſe, ſed ſecundum cauſae naturam valde variam, et quae ſummam medentis attentionem requirat. In hac tamen inquiſitione ſubſiſtere non debet medicus prudens, ſed ei quoque conuenit cauſarum ſedem inueſtigare. Illa enim aut in locis in quibus apparent ſymptomata

a) TISSOT l. c. T. IV. p. 149. GALENVS de locis affect. L. III. C. 7. WHYTT l. c. p. 347. 50.

b) de arthritide anomala C. 19.

c) l. c. p. 354.

d) l. c. T. IV. p. 149. 150. 157 etc.

ptomata neruoſa poſita eſt, aut in partibus diſſitis ſedem figens per conſenſum morbos neruoſos producit, qui prioris generis morbi idiopathici, poſterioris vero conſenſuales appellantur.

§. VI.

Corpus humanum a diuino creatore tam arteficioſe inſtructum inuenimus, vt illius partes arctiſſimo vinculo inter ſe ſint ſociatae, omnesque ac ſingulae ad totius machinae ſalutem et integritatem conſpirent; Organo uno deſtructo partes ſaepiſſime laborant diſſitae, et non raro totum corpus, phaenomenaque apparent miratu digniſſima, dequibus in locis nouiſſime affectis ne minima apparet ratio. Haec tam ſapiens corporis ſtructura conſenſus nomine nota, et a veteribus iam obſeruata, *a*) in omnibus morbis, praecipue vero neruoſis ſummam medici meretur attentionem.

Nerui primaria huius conſpirationis inſtrumenta *b*) ab omnibus in corpore turbis facillime afficiuntur, minimaque vitia obſeruatoris oculum fere fugientia illis adverſa, ſanitatis integritatem labefactare ac ſubuertere poſſunt. Ob conſenſum enim neruus non ſolum laborat affectus, ſed ſaepiſſime partes etiam remotiſſimae: et quidem eo vehementius quo maius eſt vinculum quod cum locis primarie correptis illas coercet.

a) HIPPOCRATES de alimentis de locis in homine S. 4. Foeſi. 1654. fol. p. 408.

b) TISSOT l. c. T. IV. p. 381.

Magnus morborum neruoſorum numerus conſenſualium charactere eſt ſignatus, cum vero conſenſus phaenomona a neruis praecipue originem trahant, non poteſt fieri, quin horum morborum cauſa in illis plerumque lateat locis, qui magnam neruorum copiam acquiſiuerunt, et hanc ob cauſam cum reliquis corporis partibus arctius coniuncti ſunt. Numerus morborum ex hoc fonte oriuntium erit eo maior, quo pluriores res neruis inimicae partes adeant enarratas. Hoc cum ita ſit ſcrutandum eſt, anne adſit in corpore locus in quo has praecipue qualitates detegimus, et attentione adhibita, ac anatomicis phyſiologicisque doctrinis in auxilium vocatis, nulla pars his requiſitis cauſarum ſedem conſtituentibus tanto gaudet gradu quam abdomen, et praecipue viscerum chylopoieticorum ſyſtema.

Veteres ad mentis morbos ſanandos illis iam remediis quae abdomen purgant vſi ſunt. Sic MELAMPVM legimus hellebori ope PETI Argiuorum regis filias a melancholia liberaſſe, *c*) quod remedium quoque haud incognitum fuit HIPPOCRATI. HELMONTIVS inuentriculo ſanitatis ſedem ponit, poteſtatis que in varias et diſſitas corporis plagas.

Recentioris aeui ſcriptores ratione ac experientia edocti abdomen multorum morborum neruoſorum matrem eſſe contendunt.

c) BOERHAVE morb. neru. T. II. pag. 397.

tendunt. BOERHAAVIVS ipſe de ventriculi in totum corpus influxu variis locis loquitur *d*) praecipue vero noſtram de morborum neruoſorum ex abdomine origine ſententiam, ſequenti confirmat obſeruatione: *ventriculo laeſo totum afficitur caput,* et porro; *ſyſtema neruoſum turbari poteſt nullo vitio in cerebro exiſtente ſedillo tantum in praecordiis vel ventriculo haerente e*). Ex ventriculi vitiis deliria, vertiginem, dolores capitis et caliginem oriri obſeruauit LOMMIVS *f*) R. WHYTT ventriculum et inteſtina vt frequentiſſimas hypochondriaci mali ſedes accuſat *g*) et in eximio denique TISSOTI opere multa de effectibus tam venenorum *h*) quam aliarum rerum *i*) primas vias vellicantium in producendis morbis neruoſis legimus. Sufficeret quidem horum virorum auctoritas morborum quos tractare annitimur originem, in abdomine non raro eſſe quaerendam; noſtrum tamen erit omnem nauare operam vt certiores fiamus, anne frequentius quam plerumque creditur ex primis viis tanta mala proueniant.

§. VII.

Abdomen actionum naturalium officina ita eſt fabricatum, vt quilibet, attentione aliqua adhibita, primo intuitu perſpicere poſſit, quantum ad totius corporis ſanitatem faciat.

 Quanta

d) l. c. T. II. p. 447. 48. 60. 61.
e) l. c. T. II. p. 344. 45.
f) obſeruat, L. II. p. 145.
g) oper. p. 335. 414.
h) l. c. T. III. p. 376.
i) l. c. T. IV, p. 162. 65. 222.

Quanta neruorum copia, quantus vaſorum numerus quorum natura et indoles ſecundum locum quem occupant variae ſunt hic latet! viſcera peculiarem habent naturam et ab horum actione integra ſalus hominis dependet, quae vero facile peruerti poteſt.

Vt vero ordinem ſequamur primo de neruis abdominalibus, et quo modo cum aliarum partium neruis coniuncti ſint agemus.

Neruus intercoſtalis eſt praecipuus infimi ventris neruorum fons, a quo in quintae et ſextae coſtae interuallo magnus ramus decedit, qui abdomen intrans ſub nerui ſplanchnici nomine in conſpectum venit. Hic cum alterius lateris ſocio coniunctus plexum illum format ſemilunarem, ex quo omnes fere viſcerum chylopoieticorum nerui veniunt. Intrant in hunc plexum nerui quidam octaui paris de quibus etiam ventriculus ſuos neruos ducit praecipuos; nerui praeterea phrenici in diaphragma diſtributi ac denique medullae ſpinalis rami accedunt. Neruus intercoſtalis cum permultis aliis a capite vsque ad calcem connectitur, ita vt, affecto illo aut ſuorum ramorum aliquo, diſſitae partes vna afficiantur et eo quidem fortius quo arctior eſt iſta coniunctio. In capite luculentiſſimas nerui intercoſtalis cum quinti paris neruo anaſtomoſes videmus, et mediante illo cum aure oculo et naſo vincitur.

Poſt

Poſt illius ex cerebro deceſſum nectitur cum pari octauo ac nono; ganglion ceruicale ſupremum ab eo formatum ramos acceſſorios a primo pari ceruicis, ſecundo, tertio, nonnunquam quarto et aliis nanciſcitur: nerui molles ex hoc ganglio erupti cum neruo pharyngeo et laryngeo coniunguntur, et ſecundam arteriae carotidis externae ramificationes, in collum faciemque diſtribuntur. In thorace mittit ramos ad formandum cum pari octauo plexus cardiacos; accipit denique ex tota medulla ſpinali neruos, quorum ope eius imperio ſubiectae ſunt extremitates ſuperiores et inferiores, omnesque partes ex hoc fonte neruos ducentes.

Par octauum abdominalium neruorum ſecunda mater partim per ſe, partim rami recurrentis ope influxum habet in faciem, linguam, pharyngem, cor, aſperam arteriam, pulmones, oeſophagum aliasque capitis pectorisque partes.

Neruus denique phrenicus ob originem ex neruis ceruicalibus et pari nonnunquam cerebrali nono, multum ad abdominis cum aliis partibus nexum firmiorem reddendum confert.

Haec ſunt quae de neruis abdominalibus notatu digna exſtant, perfectior illorum demonſtratio anatomica extra huius libelli fines poſita eſt, legi vero merentur variorum autorum

torum VIEVSSENII *a*) HALLERI *b*) Ill. WRISBERGII *c*) praeceptoris doctiſſimi, Ill. WALTHERI *d*) aliorumque clariſſimorum virorum opera *e*).

§. VIII.

Omnem a neruis ſenſibilitatem ſolummodo dependere, illamque augeri prout quantitas neruorum creſcit recentiorum phyſiologorum detexit induſtria. Fieri ergo nequit, quin abdomen neruorum copia gaudens permagna, magnum etiam ſenſibilitatis gradum poſſideat. *a*) Hoc aſſertum quotidianae experientiae ope confirmatur. Medicamenta nonnulla oculo, naſo aliisque partibus neruis abundantibus impune admota, in ventriculo, ſimulac illum attingunt ingratum ſenſum producunt; venena adeo non nulla ſolummodo in primis viis lethales effectus perficiunt *b*). Vermium motus in inteſtinis turbas ſaepiſſime excitant crudeliſſimas, et vehementiſſimi ſunt dolores colici quorum cauſa nonnunquam minimi pretii res eſt, et qua aliae neutiquam afficiuntur.

Haec

a) Neurographia vniuerſalis L. B. 1685.

b) Elementa phyſiologiae T. IV. Lauſan. 1762.

c) De neruis viscerum abdominalium. Part. I. Goett. 1780.

d) Tabulae neruorum thoracis et abdominis Berol. 1783.

e) Ill. SCHMIEDELII D. in qua quaedam de neruo intercoſtal notantur. Erlang. 1754. WINSLOW expoſition anatomique Paris, 1732. T. III.

a) TISSOT l. c. T. IV. p. 534. neruos plexus ſemilunaris ſenſibiliores caeteris eſſe contendit.

b) BOERHAAVE l. c, T. II. p. 447. 48.

Haec vero viſcerum abdominalium naturalis ſenſibilitas ita augeri poteſt, vt multae res alias innoxiae ad vehementiſſimos morbos anſam praebeant. Victus conſuetus hoc tempore moleſtiis magnis totum afficit corpus, *c*) frigidae aquae potus in foeminis hyſtericis ſummum doloris in praecordiis ſenſum procreat: Vomitorii et purgantis aſpectus et odoratus effectus producit eosdem, ac ſi haec medicamenta ad ventriculum ipſum peruenta eſſent; mihique notus eſt vir quem minima cibi copia veſperi aſſumta ita angit, vt ſequenti die labore ſuo perfungendi plane fiat ineptus. Neque hominum exempla abſunt, in quibus minimi animi affectus ventriculi actionem turbant, moleſtosque in praecordiis ſenſus producunt. Digniſſima miratu phaenomena ex primarum viarum mutata ſenſibilitate orta, quotidie in conſpectum veniunt, de quibus praecipue notari merentur ea quae mel non raro *d*) in hyſtericis, et aqua in hydrophobicis faciunt *e*) quorum explicatio vero humanarum cognitionum vires ſuperat.

Magnus iam BOERHAAVIVS aliique autores ex hac neruorum abdominalium copia et inde orta ſenſibilitate viscerum infimi ventris magna, affectionum neruoſarum originem deducunt

c) TISSOT l. c. T. IV. p. 33, etc. R. Whytt. l. c. p. 337.

d) WHYTT l. c. p. 337. Ill. WRISBERG l. c. p. 9.

e) WHYTT l. c. p. 344.

ducunt *f*). Reſtat interea inquirere quomodo prolata abdominis ſenſibilitas in totum corpus agere, et multorum morborum in diſſitis partibus apparentium mater euadere queat. Arctiſſimus inter abdomen reliquasque partes corporis conſenſus adeſt, *g*) cuius praecipua vero inſtrumenta ſunt nerui; *h*) alia enim, tela nempe celluloſa, vaſa, membranae, ſimilitudo partium, non ad illum tantum conferunt, quam vulgo creditur. Quod cum ita ſit partes neruis abundantes arctiori cum caetero corpore connubio quam aliae his ſenſuum inſtrumentis deſtitutae frui debent. Abdomen magna neruorum copia gaudere iam expoſuimus, illudque hanc ob cauſam non minimum in corpus influxum exercere, et inter illud corporisque partes reliquas ſympathiam adeſſe magnam nemo non inde colligere poteſt. Senſibilitas vero partium abdominalium cum ſit magna, et earum nerui cum permultis aliis per anaſtomoſin coniuncti appareant, fieri nequit, quin mutationes ibidem accidentes

a

f) l. c. T. II. p. 424. KAAV BOERHAAVE impetum faciens Hippocrati dictum L. B. 1754. p. 289.

g) FR. MARIA BOSQVILLON an ventriculus ſympathiae centrum Par. 772. reſp. L. de Rochefort. vide Ill. BALDINGERI praeceptoris quondam optimi Sylloges T. VI.

h) WHYTT l. c. p. 267. TISSOT l. c. p. 381. G. H. ROCHOLL D. de conſenſu primarum viarum cum perimetro corporis humani. Pr. A. C. BVCHNERO Hal. 764. KAAV BOERHAAVE l. c. p. 279. F. HOFFMAN med. rat. ſyſt. T. III. S. I. C. 4. p. 309. vid. opera omnia Genevae, 1740.

a reliquis partibus ob peculiarem cum abdomine coniunctionem neruorum ope ſentiantur. Autores quidem permulti conſenſum a neruorum coniunctione originem trahere negant, quoniam nunquam intima medulloſae neruorum ſubſtantiae mixtio detegitur, et frequentiſſime inter partes quarum nerui haud cohaerent conſenſus inuenitur. *i*) Viri qui theoriam VIEVSSENII omnem ſympathiam a neruorum coniunctione extra cerebrum oriri contendentis, linquunt, conſenſus cauſam in cerebro quaerunt, credentes, irritata parte aliqua huius affectionis ſenſum ad cerebrum peruenire et inde ad aliam ferri. Licet quidem meum non ſit hanc controuerſiam componere, probabile tamen mihi videtur, neruorum coniunctionem niſi in omnibus, in nonnullis tamen caſibus aliquid ad conſenſum conferre, praeſertim vbi ganglia neruorum adſunt, quod etiam varii confirmant autores *k*). Si enim neruus aliquis afficitur facilius eſt vt ſentiat illud neruus cum illo coniunctus quam alius remotus. Videmus etiam quotidie magni conſenſus phaenomena inter neruos ita iunctos e. g. inter neruum intercoſtalem, octaui, quinti, ſeptimi paris et phrenicum *l*). Ex coniunctione primi rami quinti paris et tertii cum ganglio ophtalmico

i) WHYTT l. c. p. 282. TISSOT l. c. p. 387. 90.

k) Ill. WRISBERG l. c. p. 10. E. G. C. HERZOG D. de ſympathia partium corporis humani PR. GOLDHAGEN Hal. 766. p. 17.

l) MONROO neruorum anatome contracta Franeq. 1754. p. 120.

mico ex quo nerui ciliares veniunt, oritur in hemicrania affecti lateris oculi tumor, ſplendoris amiſſio, ſenſibilitas lucem non ferens, coarctatio pupillae; ob communem neruorum frontis, glandularum lacrymalium et palpebrarum trunoum et anaſtomoſin inter neruos lacrymales, ſubcutaneum malae et temporarium profundum internum, effluxus lacrymarum, palpebrae nictitatio *m*), et ob ramum naſalem nerui ophtalmici quinti paris, ſtillicilium narium in eodem morbo *n*). Quomodo porro a nerui ſupraorbitatis laeſione oritur amauroſis? cur a malo dente coecitas aut ab odontalgia totius capitis dolor? ſi coniunctionis neruorum ope conſenſum aſſumere nolimus. Nonnulli autores aliter ſentientes neruorum coniunctionem in conſenſu procreando non ſine omni culpa eſſe concedunt *o*). Quomodocunque vero ſe res habeat, experientia quotidiana teſte tamen conſtat, magnum inter abdomen reliquasque corporis partes conſenſum adeſſe, ex quo ſonte mala multa originem capiant *p*). Ventriculo corrupto totum laborat corpus, caput dolet, vires debilitatae ſunt, reſpiratio ſit moleſta, actionesque omnes peruertuntur. Acidum primarum viarum in infantibus non raro procreat conuulſiones, horribiliaque phaenomena

m) MECKEL D. de quinto pari neruorum cerebri Goett. 1738. RAHN D. de miro inter caput et viscera abdominis commercio Goett. 1771.

n) MONROO l. c.

o) HALLER elem. Phys T. IV. L. X p. 320. TISSOT l. c. p. 390, 534.

p) HOFFMAN med. rat. ſyſt. T. III. S. I. C. 4. oper. om. T. I. p. III. Sect. I. C. 5.

nomena in toto corpore apparentia, ſaepiſſime a bile, vermibus *q*) aut pituita originem trahunt, bilis ſanguinis, aliorumque humorum effluxum ex vtero, pulmonibus, aliisque partibus producere, excretionesque naturales vt fluxum menſium cohibere valet. Acria in ventriculo contenta ſpaſmo vniuerſali concuti faciunt cutim, ac horroris frigorisque ſenſum excitant *r*). Alui fluxus et purgatio perſpirationem minuunt *s*). Ventriculus etiam aliarum partium affectiones ſentit et morboſe ab illis corripitur. Sic a calculo vrinario et a capitis vulneribus oriuntur vomitus, a refrigerio pedum non raro tormina inteſtinorum obſeruantur *t*), tranſpiratione ſuppreſſa deperditur appetitus, et in foemina coitum foecundum celebrata ex irritatione vteri multa appetitus vitia non raro habent originem *u*).

Qualem vero influxum primae viae in totum corpus habeant non clarius apparet, quam ex venenorum nonnullorum vi, quae ſimulac ventriculum attigerunt lethales iam oſten-

 dunt

q) ROCHOLL. D. cit. TISSOT l. c. T. IV. p. 427. etc.

r) AVR. CORN. CELSVS de medicina. Lib. octo. L. I. C. 6. 7.

s) SANCTORIVS a SANCTORIO de transpiratione Sect. I. N. 54.

t) HOFFMAN l. c. T. III. S. 1. C. V. T. IV. P. III. S. V. C. VI. BAGLIVII opera Cap. X. TISSOT l. c. p. 469. FOREST oper. L. X. obs. X. BVCHNER D. de conſenſu pedum cum inteſtinis.

u) BVCHNER de mutuo uteri cum ventriculo conſenſu. Hal. 1753.

dunt effectus, quorum enumerationes apud multos exſtant autores *x*).

Multa praeterea ad hoc commercium inter abdomen reliquasque corporis partes confirmandum adiici poſſent, ſed vereor, ne lectori taedio ſim, qua de cauſa alios auctores hanc materiam prolixius pertractantes hic nominare ſufficiat. HIPPOCRATES iam ventriculi in caput influxum obſeruauit *y*). COELIVS AVRELIANVS de commercio inter primas vias totumque corpus loquitur *z*), et vt alios ſilens praeteream nominari in primis merentur REGA *aa*), BOERHAAVE *bb*), KAAV BOERHAAVE *cc*), F. HOFFMAN *dd*), WHYTT *ee*), RAHN *ff*) TISSOT *gg*); de conſenſu vero in genere lectu digniſſimum eſt ſcriptum quod edidit C. D. LANGHANS *hh*).

§. IX.

x) BOERHAAVE de. morb. neru. T. II. p. 447. K. BOERHAAVE l. c. p. 282. ſeq. WEPFER de cicuta aquatica. DARIES D. de atropa belladonna Lips. 776. in Ill. BALDINGERI ſyllog III. SPROEGEL D. ſiſtens exempla circa venena varia in corpus humanum Goet. 1733. TISSOT l. c. p. 405. T. III.

y) de locis in homine edit. FOESII 1657. p. 408.

z) de morbis acutis et chronicis l. 8. edit. I. C. AMMAN. Amſt. 1709.

aa) de conſenſu partium et praecipue ventriculi.

bb) l. c. T. II. p. 433. 510.

cc) l. c. C. 7. p. 250.

dd) med. rat. ſyſt. variis locis. eiusdem. Diſſ. de conſenſu partium Hal. 1717.

ee) l. c. p. 247 etc.

ff) D. cit.

gg) l. c. T. IV. p. 372. 425. ſeq.

hh) D. de conſenſu partium corporis humani. Goett. 748.

§. IX.

Senſibilitas partium abdominalium earumque cum caetero corpore conſenſus ad multos producendos morbos confert. Varia enim in abdomine eueniunt quae neruos irritamenti in modum afficiunt, non ſuperflua itaque erit diſquiſitio quomodo fiat, vt haec irritamenta non omni tempore et in omnibus hominibus aequaliter agant; qualis porro ſit cauſa, et quomodo ab eadem materia mala producantur tam diuerſa capitis nempe, pedum, pectoris aliarumque partium.

Facile ad primum reſponderi poteſt; nerui enim non omni tempore et in omnibus hominibus eundem ſenſibilitatis gradum poſſident, et res vno tempore hominem nullo modo afficiens alio grauiſſimorum malorum fons euadit, et vni homini innoxia alteri moleſtias adferunt.

Ad ſecundam vero quaeſtionem quod attinet maioribus illius diſquiſitio difficultatibus eſt implicita, cum neruorum natura eorumque methodus agendi haud ſatis nobis cognita et in mera coniectura adhuc poſitae ſint. Adſunt fortaſſe neruorum ſyſtemata *a*), ita vt nerui qui parti certae proſpiciunt arctius inter ſe coniungantur, ſic v. c. pulmonum, extremitatum, capitisue nerui incognito nexu cohaerent quo fit vt eorum vno affecto totius ſyſtematis turba excitetur. Fac vero nervorum ramus aliquis in abdomine irritetur, ille huius irritationis

a) HERZOG D. cit. p. 20. 21.

tionis ſenſum ad truncum ſuum deducet, qui ob vinculum quo cum omnibus iisdem cum illo partibus proſpicientibus gaudet, harum ſolummodo partium conditionem peruertet, cum aliae ex hoc peculiari neruorum connubio excluſae, illaeſae maneant. Harum neruorum coniunctionum peculiarium exempla quotidie in lucem veniunt. Oculo altero affecto alter munere ſuo rite perfungi nequit, parte aliqua ad reſpirationem neceſſaria laeſa, totum hoc organon in conſenſum rapitur, vrethra in gonorrhoea inflammata condolent teſticuli, funiculus ſpermaticus et glandulae inguinales.

Haud improbabile etiam videtur neruorum ſenſibilitatem non ſolum quoad gradum diuerſam ſed peculiaris ſaepius eſſe indolis, ita vt neruus vnus ab irritamento concutiatur, quod alter non ſentit. Plures quidem nerui vno eodemque tempore affici poſſunt, illi vero qui vellicantem materiam percipiendi ſolummodo capaces ſunt morboſas mutationes oſtendunt, cum caeteri nullius laeſionis ſignum prodant. Nerui fortaſſe vnius generis partium aequali ſenſibilitate gaudent, et ab irritamento moueri poſſunt quod a caeteris ad alias partes tendentibus non ſentitur. Non omni vero tempore eadem eſt neruorum ſenſibilitas ſed valde varia, nonne ergo euenire poſſit, vt ſimilium partium aut organorum nerui vim ſentiendi magno modo, modo paruo gradu poſſideant? nullum hoc aſſertum in dubium vocari poteſt; verum cum ita

ſe

ſe habeat facile perſpici poteſt, affectis pluribus neruis illos ſolummodo quorum ſenſibilitas tunc temporis maior eſt turbas excitare poſſe. Hiſce omnibus prolatis melius explicari poteſt quomodo harum illarumue partium morbi ex abdomine oriantur. Primo enim partium illarum producuntur morbi, quarum nerui cum illis in abdomine affectis commune conſtituunt ſyſtema, ſecundo vero illorum ſolummodo neruorum qui irritamentum quoddam obuium maxime ſentiunt, vitia oriuntur. Irritamentum vario gradu inuadit corpus ſecundum eius aut partis quam afficit qualitatem *b*); alia eſt actio in ventriculo, alia in inteſtinis, alia in hepate et ſic porro, ita quidem vt ex hoc quoque fonte morborum neruoſorum oriatur diuerſitas.

§. X.

In cauſarum morborum ex abdomine neruoſorum examine; obſtructiones in viſceribus haud raro obuiae attentionem noſtram primarie merentur, Illae enim ſanguinis circuitum impedientes in vno loco plethoram, in altero defectum humorum generant, ab abundante nempe ſanguine nerui comprimuntur, et in locis vbi iuſta illius copia deficit ſecretio et nutritio non rite peragitur, quod vero nerui impune pati nequeunt. Premuntur porro nerui in illis partibus vbi obſtructio-

b) GORTER medicinae compendium. Tract. 84. §. 7. p. 126. TISSOT l. c. T. IV. p. 140.

ſtructiones adſunt, ſtagnantes enim humores vt corpora praeternaturalia contemplari poſſunt, quae mole ſua neruorum actionem peruertunt. Huc accedit, quod humores in quiete manentes ſemper praecipue vero in locis calidis acrimoniam aliquam induant, qua cum praediti neruos vellicent in iisque turbas excitent. R. WHYTT hanc corporis conditionem morboſam vt cauſam neruoſorum malorum haud raram aſſumit *a*). MORGAGNI *b*) idem facit, et cui in arte noſtra experto incognita eſt morborum cohors ex obſtructionibus infimi ventris orta, quos ſolummodo longinquior reſoluentium medicamentorum vſus ſanat. Ex eadem cauſa frequentiſſimi hominum vitam ſedentariam exercentium morbi originem trahunt, et mala neruoſa, quae poſt vitia actionem viſcerum abdominalium infringentia apparent, et cum infirma concoctione non raro coniuncta ſunt.

§. XI.

Altera morborum ex abdomine prouenientium cauſa eſt bilis; ſuccus ille ſaponaceae indolis amarus, in hepate ſecretus, qui in inteſtino duodeno cibis commiſcitur; aut abundantia eius peccat aut indoles; nimia ſi copia adeſt felici euentu per os aut anum eiicitur, remanente vero in corpore cephalaeam, vertiginem, aliaque mala animaduertimus, quae

a) l. c. p. 387.

b) de ſedibus et cauſis morborum Venet. 1761.

quae vero non tam grauia ſunt, quam illa quae ex bile, acris per moram reddita, oriuntur: haec enim inteſtinorum tunicas et neruos vellicans, ſummos dolores, conuulſiones aliaque nervoſi generis mala procreat *a*), quae, ſi illa a minimis viſcerum chylopoieticorum vaſis reſorpta et ſpiſſior facta fuerit curatu difficillima et pertinacia fiunt.

Saepiſſime in ventriculo et inteſtinis praeſertim ſi hae partes tonum integrum non habent acidi humoris copia accumulatur, quae in inquiſitione cauſarum morborum neruoſorum negligi non debet, cum hi haud raro ex illa originem ducant *b*).

Non minoris momenti ſunt pituita et vermes *c*), a quibus multa neruorum mala obſeruata exſtant.

Ad inteſtina et ventriculum fertur cibus et potus, qui aut quantitate, aut qualitate ſua morbos, in quorum tractatione verſamur, excitare poſſunt *d*). Copia illorum minima, acritudine aliqua praedita, neruos ventriculi ſenſibiliores irritare ac turbare poteſt, imo etiam ſi blanda eſt illa, et ventriculus debilitate laborat, non eſt dubitandum, quin moleſta euadere queat; digerendi enim viribus infirmis, illa in ventriculo aut

 inte-

a) BOERHAAVE T. II. p. 438. 44. TISSOT l. c. T. IV. p. 169.

b) BOERHAAVE l. c. p. 602. WHYTT p. 261. TISSOT T. IV. p. 162.

c) BOERHAAVE l. c. p. 599. WHYTT l. c. p. 382. 84. TISSOT T. IV. p. 165. 75.

d) BOERHAAVE l. c. p. 665. WHYTT p. 386.

inteſtinis remanet, moleque ſua neruos afficit. Idem valet de nimia cibi copia ab homine robuſto alias ingeſta, quae eiusdem generis mala producere poteſt. E cibis ſemper aeris copia euoluitur; quae haud educta, ſenſim ſenſimque vero accumulata, neruis inimica fit, ita vt non paucorum morborum origini ſuppetat *e*). Denique vero, ſucco nutritio e cibis parato, etiam partes quaedam ſuperfluae reſtant, quae ob moram acres et putridae fiunt et ſecundum leges naturae excerni debent, remorantibus vero illis per longius quam iuſtum eſt temporis ſpatium in inteſtinis, non poteſt fieri, quin non ſolum mole ſua neruos comprimant, ſed etiam ob indolem earum acrem et putridam illos vellicent et ad motus inordinatos cogant.

§. XII.

Prolatis nunc breuiter rationibus omnibus, quae morborum neruoſorum originem frequentem in abdomine quaerendam eſſe ſuadent, neceſſe erit breuiter enarrare, quae experientia ad huius rei veritatem confirmandam nobis praebeat, et qualis ſit aliorum auctorum de hac re ſententia. In omnibus neruorum morbis ſenſibilitas et irritabilitas vel aucta vel imminuta deprehenditur, ſecundum quem characterem in duas claſſes diuidi poſſunt, in morbos nempe cum augmento harum virium, aut cum eius languore; cum vero aut febris cum illis coniuncta eſt, aut illa deficit, ſubdiuiſio in febriles et non febriles haud ſuperflua mihi videtur.

MORBI

e) BOERHAAVE T. I. p. 601. WHYTT p. 368. TISSOT T. IV. p. 177.

MORBI CVM AVCTA IRRITABILITATE ET SENSIBILITATE.

§. XIII.

Febriles.

Phrenitis eſt morbus cum delirio furioſo iracundo, ferociſſimo, conſtante, ac febre acuta *a*).

Multum de natura et indole huius morbi diſputatum eſt, alii eius cauſam in cerebri, alii in meningum inflammatione quaeſiuerunt. Omnibus vero rite perpenſis, opiniones hae reiiciendae ſunt; in multis enim phreniticorum cadaueribus morboſa cerebri aut meningum conditio nulla detecta eſt, quod ipſe morgagni qui priori ſententiae alias conſentire videtur litteris prodidit *b*). Si phrenitidis cauſa conſtans inflammatio cerebri eſſet, in omni huius partis inflammatione etiam a cauſa externa violenta phrenitis oriri deberet, quod vero experientiae contradicit.

a) hippocratis de morbis L. II. S. V. p. 460. Foeſii. Genev. 1657. idem de affectibus. Sect. V. p. 518. boerhaave aphorism. L. B. 737. p. 173. brendel D. de phrenitide. resp. ellenberger vid. eius opsc. ed Ill. wrisberg T. III. Goett. 1769. p. 189. g. g. schroeder D. de indole ac ſede phrenitidis ac paraphrenitidis resp. g. h. fein Goett. 765. §. III. r. a. vogel de cognoscendis et curandis praecipuis C. H. affectibus Goett. 1772. §. 57.

b) De ſedibus et cauſis morborum Venet. 1761. L. I. epiſt 7. art. 2. 4. 6. m. stolle ratio medendi. Vienn. 778. P. 2. p. 376.

dicit. Phrenitis enim lento gradu vsque ad ſummum furoris acumen procedit, hic vero non eſt decurſus inflammationis et praeſertim partis tam nobilis, quam mors mox inſequitur.

Phrenitidis cauſa ſine dubio niſi ſemper, frequentiſſime tamen in abdomine latet, in quo acris aliqua reſidet materia, quae irritatione tantas neruorum turbas excitat. Symptomata in morbo apparentia multa hoc probant 1) anxietas et dolor in praecordiis 2) moroſitas et iracundia aegrotorum 3) capitis dolor preſſiuus in fronte, grauitas eius et vertigo 4) ictericus oculorum color 5) lingua aſpera ſicca nonnunquam ſordida 6) nauſea, vomitus materiae luridae, aerugi- noſae 7) vrina flaua billioſa 8) alui excrementa foetidiſſima. Multi auctores morbum hunc eique ſimilia ſymptomata ex praecordiis oriri obſeruarunt. HIPPOCRATES ipſe deliria noſtrumque morbum ex primis viis deduxit *c*), et in morbis capitis euacuantia prae omnibus ſuadet *d*).

ARETAEVS curationem peculiarem proponit in phrenitide ex praecordiis *e*). MORGAGNI in phreniticorum cadaueribus non raro viſcerum infimi ventris vitia detexit *f*). F. HOFFMAN *g*), locis

c) de morbis L. II. p. 460. de affectibus p. 518.

d) de morbis l. III. p. 488.

e) de morbis acutis et chronicis edit. BOERHAAVII L. B. 1735. p. 72.

f) l. c. epiſt. 7. art. 11. 12.

g) med. rat. ſyſt. T. IV. P. I. vid. eius opera omnia phyſico medica. Geneuae 1740. T. II. p. 131. ſeq.

locis variis primarum viarum vitia ad hunc morbum multum conferre teſtatus eſt, hocque aſſertum methodo ſua medendi confirmauit. A. C. LORRY *h*) phrenitidem a bile dependere contendit. HVXHAM *i*) phreniticas febres ex primis viis oriri poſſe enarrat, eique conſentit ILL. TISSOT *k*), CL. ROHN deliria phrenitica a vermibus obſeruauit *l*). Ill denique BRENDEL et SCHRÖDER phrenitidis ex abdomine ortum tam dilucide demonſtrarunt, vt illos meae ſententiae teſtes nominare ſufficiat *m*) et illis etiam conſentiunt RAHN *n*) SARCONE *o*) aliique *p*). Optima huic morbo medendi methodus eſt, vt primarum viarum ſordes cito citius reſoluantur et euacuentur, quo facto morbus ſaepiſſime cedit, remorante vero illo nil amplius requiritur, quam vt impreſſio neruis reſidua antiſpaſmodicorum et neruinorum remediorum ope tollatur.

§. XIV.

h) de melancholia et mania Lutet. Paris, 1765. T. I. p. 398.

i) opera phyſico medica T. I. edit REICHEL Lips, 764.

k) de febre bilioſa lauſanenſi vid. eius opuſc. T. I p. 103.

l) D. FR. VOGEL de vomitoriorum vſu ad eiiciendos vermes.

m) Diſſ. cit.

n) l. c. p. 93.

o) Geſchichte der Krankheiten die durch das Iahr 1764 in Neapel ſind beobachtet worden, aus den Italiäniſchen von FVESZLIN Zurch. 1772. 2 T. §. 549. 568. etc.

p) STOLLE r. m. P. 2. p. 90. P. 3. p. 184. 87. 91. 194. ST. ZAGONI BARA. D. de theoria inflammationis vulgari etc. Gött. 75. 7.

§. XIV.

PARAPHRENITIS eſt morbus cum delirio continuo, febrilis ſicut phrenitis ſed multo mitior longiusque durans *a*). Omnes fere auctores huius mali cauſam in diaphragmatis inflammatione quaeſiuerunt; ſed delirium quod in hoc morbo obſeruare voluerunt non eſſentialiter competit ſepti transuerſi inflammationi, ſed aliarum partium etiam vitia inſequi poteſt, in multis quoque, paraphrenitide mortuis, nullum diaphragmatis inflammationis ſignum apparuit, ſaepe quoque hoc ſepti transuerſi vitium viſum fuit, cum aeger ab omni mentis perturbatione liber eſſet. Qua de cauſa multi alii auctores a veterum ſententia deflectunt, et hanc paraphrenitidis cauſam falſam et incertam denuntiant *b*).

Symptomata in paraphrenitide apparentia fere eadem quae in phrenitide in conſpectum veniunt, eiusmodi ſunt generis vt abdomen huius morbi ſedem accuſent. Praecordia dolent, caput eſt grauatum, aegri iracundia vexantur, ictericum aſpectum habent, nauſea ipſeque vomitus adſunt, aluus biliofa deiicit, vrina eſt iumentoſa *c*). BRENDELIVS quidem in paraphre-

a) KLEIN interpres clinicus Frft. 759. p. 231. BRENDEL D de cognatione paraphrenitidis et febris malignae reſp. BIEDERMAN vid. op. P. III. p. 68. SCHRÖDER D. cit. p. 17.

b) MORGAGNI l. c. epiſt 7. art. 14. VOGEL l. c. §. 61. BRENDEL D. cit. §. II. SCHROEDER D. cit. §. XIV. RAHN D. cit. p. 96. SELLE rudim. Pyretol. p. 120. SARCONE l. c. T. I. p. 245.

c) BRENDEL l. c. §. IV. VI. SCHRÖDER l. c. §. XII.

raphrenitide non raro hepatis inflammationem repertam fuiſſe dicit *d*); ſed, vt non nego, delirium cum partium nobilium inflamatione coniungi poſſe, tamen ex decurſu et methodo medendi quam vir Ill, ſuadet, apparet, hoc vitium biliòſae indolis fuiſſe. Irritamentum in primis viis obuium frequentiorem paraphrenitidis cauſam eſſe contendo, et mecum conſentiunt BRENDEL *e*) SCHRÖDER *f*) RAHN *g*) WERLHOFF *h*) qui euacuationem per vomitoria et purgantia prae omnibus commendant, ab illisque ſubitaneam morbi medelam expectant; ita vt paraphrenitis inter morbos ex abdomine ortos neruoſos omni iure locum occupet.

§. XV.

HYDROPHOBIA SPONTANEA eſt morbus cum ſiti ingente ſed tanta omnium fluidorum auerſatione, vt eorum deglutitio imo adeo adſpectus diriſſimam anxietatem et conuulſiones excitet *a*) Morbus iſte a canis rabidi morſu alias originem ducit, et ob hanc cauſam rabiei caninae nomine notus eſt; ſponte vero excitari poteſt *b*) de quo multa in eruditorum ſcri-

d) D. cit. §. X.
e) l. c. §. VI. XVI.
f) l. c. §. XV.
g) l. c. §. XCVI.
h) Opera omnia edit Cl. WICHMAN T. III. p. 824. Hannou. 776.
a) VOGEL l. c. §. 102. SELLE l. c. p. 274.
b) ARETAEVS l. c. L. I. C. 7. p. 5. I. SCHENKII obſeruationes medicarum rerum nouarum Frft. 1609. C. 7. p. 943. BOERHAAVE aphor. §. 1130. DOMINICVS BROGIANI de venenis animan-

ſcriptis extant exempla *c*), Haec ſi attento euoluimus animo, obſeruatum inuenimus in omnibus fere hoc malo laborantibus, nauſeam *d*), vomitum et dolores in praecordiis adfuiſſe *e*) quae ſymptomata ſuſpicionem mihi iniiciunt, anne etiam hic morbus ex abdomine oriatur? In phrenitide aliisque malis hanc cauſam agnoſcentibus potulentorum quoque auerſatio animaduertitur. Cum vero is horrribilis affectus non niſi a materia acriori venenata producatur, ſi ad bilis corruptae naturam nociuam et vellicantem reſpiciamus, illam vt frequentem huius morbi cauſam aſſumere non haeſitemus. *f*) Cauſae enim bilem excitantes et acrem reddentes, ira nempe, exaeſtuatio omnium conſenſu et hunc morbum producunt *g*) et

mantium Florentiae 1757. p. 98. VOGEL l. c. §. 100.

c) SCHENK l. c. CORNEL. STALPERTI van der WIEL obſeruationes rariores L. B. 1687. Cent. I. Obſ. 100. Commercium litterarium norimbergenſe 1740. hebd. 36. p. 281. 1743. hebd. 5. p. 35. DOM. BROGIANI p. 99. LAVIROTTE iournal de ſçavans 1757. vid. Hamburgiſches Magazin 1757. T. XX. P. V. p. 529. aliumque huius generis tractatum p. 554. SWIETENII Commentar. Taurin 1754. T. III. p. 536. F. L. TRIBOLET de la LANCE D. de hydrophobia ſine morſu praeuio. Baſil. 765. vid. BALDINGERI ſyllog. V. I. p. 236. LENTIN obſeruat. med. 1764. Faſc. I. p. 57.

d) SHENK l. c. p. 944. Hamburg. Magazin P. 559.

e) BROGIANI p. 101. Commerc. litter. norimberg. l. c.

f) V. SWIETEN. l. c. p. 537. Hamb. Magazin. l. c. p. 534.

g) BROGIANI p. 105.

et in cadaueribus mortuorum bilis corruptae copia detecta fuit *i*). Nonnunquam vero viſcerum abdominalium inflamatio, et gangraena, hepatis praeſertim, et ventriculi poſt mortem in conſpectum venere *k*), quae vitia in mali generatione non absque omni culpa ſunt. CELEB. STROMEYER hiſtoriam denique aegroti hoc morbo defuncti beneuola mente ex propria experientia mihi communicauit, in quo poſt mortem hepatis inflamatio, bilisque corruptae in ventriculo accumulatio inuenta fuit. Bina itaque haec vitia coniunctim adeſſe poſſunt, quae vero morbum grauiorem reddunt, licet quidem non poſſum facere, quin credam, hepatis inflamationem bilis acrioris effectum fuiſſe.

§. XVI.

FEBRIS LENTA NERVOSA eſt affectus ſummae debilitatis cum ſymptomatibus ſpaſticis variis, et non raro mentis perturbatione coniunctus. Hic morbus primo intuitu ad affectuum cum ſenſibilitate et irritabilitate imminuta claſſem pertinere videtur, ſed cum torpor et ſtupiditas in vltimo morbi

ſtadio

h) Ex ore aegroti cuius morbum litteris prodidit LAVIROTTE bilis nigrae ac ſpumescentis copia effluxit, illeque hoc malum in ventriculo ſedem habere confirmat. Hamb. Magaz. p. 541.

i) comm. noric. 1743. p. 35 SCHENK l. c. V. SWIETEN l. c.

k) comm. noric. 1740. p 283. GESNERS Entdekkungen. T. I. p. 39. Nördlingen, 1778.

ſtadio tantum accedant, et in initio ſenſibilitatis et irritabilitatis auctus adeſt gradus, inter morbos cum ſenſibilitate aucta locum occupat. In hoc morbo quem HVXHAMVS *a*) et MENNINGHAM *b*) tam pulchre litteris prodiderunt, viſcerum infimi ventris vitia et pituita viſcida deprehenduntur *c*), quae niſi cauſam vnicam, vt GLASSIVS vult, conſtituant, praediſpoſito corpore tamen, multum ad hunc morbum conferant illumque grauiorem reddant, neceſſe eſt. Cauſſae huius febris remotae, longinquus nempe moeror, immodica venus, fluxus ſanguinei nimii, vno verbo omne id quod debilitat, nec non cibi crudi, vapidi, immaturi, receſſus in aëre frigido humido, in abdomine vitia primo generant, in quo tunc facile obſtructiones ſuccorumque malorum accumulatio producuntur, quae vitia, toto corpore et praecipue ſyſtemate nervoſo debilitato, ad morbum noſtrum procreandum anſam praebent.

Non-

a) Opera phys. med. T. II. C. 7. p. 78.

b) Diſſ. duae de febre lenta nervoſa inſertae in the medical eſſays and obſeruations of Edinbourgh. V. IV. N. 23. V. V. N. 49. *idemque* on the febricula London, 1746.

c) Huxham. l. c. T. I. p. 175. GLASS. comment. 12. de febribus cur. Ill. BALDINGERO Ien. 1771. p. 96. C. G. DEMIANI D. de febre lenta nervoſa rheumatismo et hydrope Lipſ. 1777. vid. BALDINGERI Syll. V. 4. R. A. VOGEL D. de febre neruoſa. reſp. VOLPRECHT Goett. 767. STOLLE r. m. T. II. p. 46. GESNER l. c. 2. B. p. 144.

Nonnulla aegrum vexantia ſymptomata, praecordiorum oppreſſio et alia quae in variis conſcriptae inuenimus libris *d*), methodus denique medendi ipſa, quae in eo conſiſtit, vt primae viae euacuentur quod cum ſummo aegri leuamine ſemper perficitur, et quo facto corporis debilitas roborantium ope minui poteſt id quod diximus ſufficienter confirmare videntur *e*).

§. XVII.

Morbi chronici.

MALVM HYPOCHONDRIACVM quod ſi ſexum ſequiorem corripit HYSTERIA vocatur *a*) ſymptomatum eſt congeries ſenſibilitatem et irritabilitatem nimiam totius corporis prodentium, cum multis in omnibus partibus affectibus conuulſiuis, ſub varia forma apparentibus, coniuncta, ac cauſis debilitantibus pathematibusque ingraueſcens *b*). Huius praecipua

d) HVXHAM l. c. T. I. p. 164. T. II. p. 78. GLASS. l. c. p. 99. VOGEL l. c. §. XI. DEMIANI l. c. p. 4. STOLLE l. c. T. II. p. 35. ſeq. SELLE l. c. p. 284. G. CARELSON D. ſiſtens ſymptomatolog. et aetiologiam febr. lent. nerv. Goett. 1782.

e) V. HVXHAM l. c. T. I. p. 165. T. II. p. 83. GLASS. l. c. VOGEL l. c. §. XXX ſeq. DEMIANI p. 8. STOLLE T. II. p. 43.

a) SYDENHAM epiſt ad Cole. VOGEL de cognoſc. §. 549. vid. eius oper omnia. Lipſ. 1695. p. 486. WHYTT l. c. p. 319. LORRY l. c. T. II. p. 183.

b) SYDENHAM l. c. p. 486. ſeq. VOGEL l. c. § 543. F. BOISSIER

cipua mali cauſa ab omni tempore in abdomine quaeſita eſt, quod vero maxime de cauſis valet occaſionalibus, cum praediſponens ſecundum WHYTT ſententiam in praeternaturali corporis ſenſibilitate et irritabilitate lateat *c*). STAHL aliique *d*) venae portarum ſyſtema acuſant et in illo obſtructiones adeſſe contendunt. Abdominalium viſcerum omnium obſtructiones, ob rationes ſupra allatas, huius mali cauſa euadere poſſunt, et ſecundum variorum obſeruationes reuera euadunt *e*). HOFFMANNVS *f*) nimiam ventriculi inteſtinorumque ſenſibi-

SIER de SAVVAGES Noſologia methodica Amſt. 1763. T. II. P. II. C. 4. p. 101. 102. WHYTT l. c. p. 306. BRENDEL D. de valetudine ex praecordiis. oper. T. III. p. 45.

c) L. c. p. 323.

d) D. de vena portae porta malorum *idem* D. de hypochondriaco et hyſterico malo. Hal. 705. T. F. SIEGWART D. reſp. ELVERT de in farctibus venarum audominalium Tubing 754. vid. Baldingeri ſyllog. V. IV. Vogel. l. c. §. 545.

e) BOERHAAVE aph. §. 1098 eiusdem conſultationes medic. curante HALLERO. Goett. 752. p. 138. 145. HOFFMAN med. rat. ſyſt. T. IV. P. III. oper. omn. T. III. §. 2. 18. LORRY l. c. T. I. p. 223. WHYTT l. c. §. X. p. 389. 90. BRENDEL l. c. §. 10. KAEMPF D. de infarctu vaſorum ventriculi Baſil. 1751. vid. Baldingeri ſyllog. V. III. p. 253. *Eiusdem* Enchiridion medicum Frſt. 1778. p. 106. D. A. KOCH D. de infarctibus vaſorum in infimo ventre Argent. 751. vid. Baldingeri ſyll. V. IV. §. 12. 13. 35. SELLE medicina clinica. Berol. 781. p 298. G. B. G. FABER D. vlterior expoſitio nouae methodi Kaempfianae curandi praecipue malum hypoch. Tubing 1755. Baldingeri ſyll. T. IV. SIEGWART l. c. SAVVAGES l. c. p. 105.

f) Med. rat. ſyſt. T. IV. S. I. C. V. §. VI. vid. oper T. III.

ſenſibilitatem et debilitatem aſſumit, ex quo fonte malum hypochondriacum etiam oriri poſſe docent WHYTT g) VOGEL h) BRENDEL i) GESNER k). Cauſae hae relatae ex vitiis abdomen debilitantibus, vita ſedentaria animique affectibus orta, non totum rerum malum hypochondriacum producentium catalogum abſoluunt, ſed illis alia multa annumerari debent, vermes l), pituita m), acidum n), flatus o) receſſus ſecum in inteſtinis ex obſtructione aluina p), et plethora denique abdominalis q) Ex his malum hypochondriacum, praediſpoſito corpore non raro, ex abdomine oriri patet. Vnum vero ſolum quod medendi methodum attinet adiiciam. Cauſae enarratae reſoluentium et euacuantium remediorum ope remouentur, corporisque tonus per roborantia reſtituitur. Cumvero ſecundum corporis conſtitutionem naturalem, cum nimia ſenſibilitate et irritabilitate aut fibrarum laxitas aut earum ſtrictura coniuncta

inue-

IV. C. VI. Obſ. III. V. VI. *Diſſ.* de vera morbi hypochondriaci ſede 1719. *Diſſ.* ſiſtens affectum ſpasmodico - hypochondriacum, 1734. §. II.

g) L. c. p. 335.

h) L. c. §. 546.

i) L c. §. I. X.

k) Entdekkungen B. 2. p 353.

l) SAVVAGES l. c. T. II. p. 101. 102. WHYTT l. c. p. 384. TISSOT op. T. IV. p. 176.

m) WHYTT p. 382. TISSOT p. 165.

n) TISSOT p. 162.

o) WHYTT p. 378. TISSOT p. 177.

p) TISSOT p. 171. T. III. p. 644. DELIVS von Blaehungen Nurnb. 1766.

q) REVILLON recherches ſur la cauſe de l'affect. hyſterique. Par. 1778. van SWIETEN Comment §. 729. 72. 99. 819. 1491. 1074. 1075. RAHN D. cit. p. 122.

inueniatur, medici prudentis eſt, non ſolum in huius mali ſed in omnium morborum neruoſorum praecipue chronicorum curatione, ad id reſpicere, et ea remedia eligere quae tali conſtitutioni contraria ſint; quo facto exoptatus morbi finis expectari poteſt. Sic in ſtatu corporis ſtricto proſunt reſoluentia relaxantia, diaeta aquoſa et balnea tepida, quae in caſu contrario nocent, vbi omnia ea debent eſſe conditione, vt fibrarum laxitatem non augeant ſed minuant; quam ob cauſam hic praecipue reſoluentia calida vel per ſe vel roborantibus, extractis nempe amaris mixta, martialia, balnea frigida aliaque huius generis remedia indicata ſunt.

§. XVIII.

EPILEPSIA eſt morbus conuulſiuus in quo omnes partes ſubito conuelluntur, aeger decidit omnesque ſenſuum motuumque functiones amittit *a*). Regnat in hoc morbo ſicut in malo hypochondriaco praeternaturalis quaedam ſenſibilitas et irritabilitas, quae ſaepiſſime tam mire modificatae ſunt, vt morbum noſtrum ſolummodo producere valeant. Interea tamen in permultis huius generis malis aliud quid requiritur quod partes ad tales motus horribiles cogit et quod cauſa procatarctica appellatur. Hanc ſaepiſſime in abdomine collocatam eſſe noſtrum eſt vt oſtendamus.

Prae-

a) VOGEL l. c. §. 496. TISSOT traité de l'epilepſie Lauſan. et Paris 1770

Praecedentia paroxyſmum epilepticum ſymptomata, non raro eiusdem ſunt indolis, vt irritamentum primis viis inſitum prodant. Talia ſunt vertigo, anxietas in praecordiis, inflatio ventris et alia, quibus permotus WERLHOFF etiam ingruente paroxyſmo, vomitoria et clyſteres commendat *b*). Crudelis hic morbus dyſenteria nonnunquam et cholera erumpente ſanatur, qui finis exoptatus ex hiſce euacuationibus oriri non poſſet, niſi per illas cauſa materialis in canali inteſtinorum locata eiiceretur. Si venenorum nonnullorum effectus reſpiciamus, nonne et hi valde ſimiles ſunt motibus epilepticis? *c*) quod vero ab illis efficitur, id etiam omni iure a rebus aliis viſcerum abdominalium neruos irritantibus expectari poteſt. Auctores in hac re permulti mecum conſentiunt. HIPPOCRATES *d*), et GALENVS *e*) de epilepſia ex abdomine eiusque medendi methodo per euacuantia iam loquuntur. SCHENK *f*) varias de hoc morbo obſeruationes a flatibus, bile, cibisque nonnullis orto tradidit. Bilem aliaque, vt huius mali cauſas a variis auctoribus enar-

ratos

b) Opera omnia. T III. p. 726.

c) TISSOT de morb. neru. T. IV. p. 406. RAHN D, cit. p. 110.

d) Epidemic L. VI. C. 54. Foeſii p. 1201. Epidemic L. VII. C. 96. Foeſii p. 1233.

e) De locis affectis L. III C. II. ed. Charter. T. VII p. 443. ARETAEVS in epilepſia vomitum excitare iubet. oper. p. 84.

f) Obſeruat. p. 115. 117. 118. 420.

ratas inuenimus *g*) quod de vermibus etiam valet *h*). SYDENHAM *i*) *van* SWIETEN *k*), multique alii primarum viarum euacuationes in epilepſia ſuadent, et hac neglecta, morbum non ſolum peiorem reddi, ſed primam adeo originem inde trahere poſſe dicunt *l*). Plura qui de epilepſia ex abdomine orta ſcire cupit, adeat BOERHAAVE *m*). TISSOT *n*) STOLLE *o*) RAHN *p*) HIRSCHEL *q*) SARCONE *r*) SELLE *s*) vbi multa ad propoſitum noſtrum pertinentia enarrata inueniuntur.

§. XXI.

g) HOFFMAN m. r. ſ. T. IV. P. III. oper. T. III. p. 12. BOERHAAVE de morb. neru. T. II. p. 807. 836. TISSOT l. c. T. IV. p. 169. VOGEL l. c. §. 500. SAVVAGES l. c. T. II. P. II. C. 4. p. 93. TISSOT de l'pilepſie p. 49. §. 17. etc. BOERHAAVE Conſult. T. II. p. 58. MEDICVS Geſchichte periodiſcher Krankheiten Carlsruhe 1764. 1 Buch. p. 8. 2 B. p. 289.

h) HOFFMAN m. r. ſ. T. II. oper. T. I. p. 235. *eiusdem* conſultat. Caſ. 31. vid. op. T. IV. V. SWIETEN Comment. T. III. §. 1075. TISSOT mor. neru. T. IV. p. 175. *eiusdem* de l'epilepſie p. 57. 61. SAVVAGES T. II. P. II. p. 46. VOGEL l. c. §. 498. ſeq. van den BOSCH hiſtoria conſtitutionis epidemicae verminoſae Norimb. 769. p. 132. STOLLE l. c. P. III. p. 425. RAHN l. c. p. 117. GESNER l. c. p. 326. T. II.

i) Oper. p. 664.

k) L. c.

l) TISSOT morb. neru. T. IV. p. 224. WHYTT l. c. p. 375.

m) Morb. neru. T. II. p. 836. ſeq.

n) De l'epil. p. 49. 61. 232. 33.

o) R. m. T. III. p. 406. 8. 11.

p) L. c. p. 110. ſeq.

q) Gedanken über die Heilungsart der fallenden Sucht Berl. 1774.

r) T. III. p. 67.

s) L. c. p. 308.

§. XIX.

ECCLAMPSIA eſt epilepſia puerilis quae in eo differt ab epilepſia vulgari quod ſit acuta quandoquae remittens aut omnino continua *a*).

Easdem illa cauſas agnoſcit, quam epilepſia adultorum, et frequentiſſime ex meconio, acido, primarumque viarum vermibus obſeruatum eſt *b*).

§. XX

CHOREA ST. VITI eſt morbus conuulſiuus quo omnia membra corripiuntur, frequentiſſime vero illa quibus aeger in ſtatu ſano ſaepiſſime vſus eſt, quae tunc eos motus faciunt, quibus conſueta fuerunt, aegro adhuc ſano; cum vero quilibet homo pedes prae aliis corporis partibus moueat non mirum quoque eſt, varios motus et ſaltatus praecipue dare, qua de cauſa choreae etiam nomen huic malo appoſitum eſt. Caeterum de hoc morbo, epilepſiae valde ſimili omnia quae de affectu epileptico in medium prolata ſunt, valent. Cauſa praediſponens in ſyſtemate neruoſo et muſculari latet, procatarcticae vero valde ſunt variae. In abdomine tamen ſi illas

non

a) SAVVAGES l. c. T. II. P. II. C. 4. p. 75.

b) SCHENK obſeru. p. 418. RAHN l. c. p. 111. 112. TISSOT de morb. neru. T. IV. p. 406. ROSENSTEIN von den Kinderkrankheiten edit. 4. Ill. MVRRAY praeceptoris pie colendi. Götting. 1781. p. 67. 69. 78.

non raro quaerimus, in curatione erimus felices, cum in illo ſaepiſſime lateant. SYDENHAMVS *a*) primarum viarum euacuationem prae omnibus commendat et apud R. WHYTT *b*) morbi huius, quem diarrhoea ſpontanea ſanabat, exemplum inuenimus. Cl. RAHN *c*) varias nobis refert hiſtorias in quibus euacuantia curam abſoluebant. Chorea St. Viti periodice quoque apparet, et ſecundum Ill. MEDICI obſeruationem, periodicorum morborum cauſae frequentiſſime ſunt primarum viarum vitia *d*). Vermium vero in canali inteſtinorum accumulatio vt Choreae St. Viti cauſa frequentior a multis accuſatur *e*).

Memoriae meae duorum infantum exempla in quibus hic morbus ad magnum gradum peruenerat, infixa ſunt, omnia remedia ſine vllo emolumento adhibebantur donec tandem vermium copia anthelminticorum ope eiecta, morbus ceſſaret, ſanctitasque priſtina reſtitueretur. Miratu dignum in hoc malo erat, quod in his aegrotis paroxyſmi vno eodemque tempore reuerterent, licet in ſeiunctis conclauibus iacerent alteriusque ſtatus alteri ignotus eſſet.

Nouiſſi-

a) L. c. p. 749.

b) L. c. p. 383.

c) D. cit. 116. ſeq.

d) L. c. p. 36. 284. 296.

e) VOGEL l. c. p. 505. RAHN l. c. p. 118. P. L. SPANGENBERG D. de chorea St. Viti Göttin. 764. p. 23. 38. T. H. BRÜCKMAN D. exhibens de morbis neruorum obſeruationes Gött. 1780 §. IV. STOLLE r. m. T. IV. p. 414. 416. SELLE l. c. p. 307.

Nouiſſime etiam in collegio clinico, quod ſub auſpiciis Cel. STROMEYERI hic floret, obuium erat exemplum pueri annorum fere tredecim, qui alias bona valetudine gaudens, ante aliquot hebdomades ab epilepſia ſaltatoria, et quidem vehementi gradu correptus fuit, omnia de vermibus ſymptomata aderant, aſa foetida largis primo doſibus ei porrigebatur, partim ad ſpaſmos ſopiendos, partim vero, quia hoc remedium vermibus inimicum eſt, et quotidie clyſmata ex lacte illi iniiciebantur, praecipue vt vermes ad inteſtinorum exitum allicerentur. Nulla interea, licet melius ſe haberet aeger, illorum excretio inſecuta eſt, qua de cauſa ad fortiora remedia aufugere neceſſe erat, adhibitum eſt, Gummigutta de quo nouem grana largam ſecum et aſcaridum ſimul copiam eiecerunt, quo facto ſaltatorii ſiluerunt paroxyſmi.

§. XXI.

RAPHANIA eſt morbus ſpaſmodico conuulſiuus ad cuius cauſam inueſtigandam ab omni tempore occupati fuerunt medici, donec induſtria et noſtri ſaeculi eruditorum obſeruationes, huius mali origini lucem affunderent. Interea ſemper in eo conſentiunt medici, quod huius morbi cauſa in nutrimenti genere poſita ſit. Cel. TAVBE quem omnium inſtar apello, et in cuius libro eximio omnium temporum obſeruationes, conſummatamque huius mali hiſtoriam inuenimus, clauos ſecalinos aliaque frumenti vitia morbum noſtrum

reuera excitare, detexit, *a*) ita vero vt irritamentum in primis viis contentum illum quoque producat; remedia euacuantia optimos habuere ſucceſſus et ſaepiſſime morbum ſanarunt.

§. XXIII.

TVSSIS CONVVLSIVA, morbus infantibus inprimis proprius, vt alius generis tuſſis ſubita eſt diaphragmatis pulmonumque concuſſio, cum ſonora aeris per os expulſione. Peculiaris vero in morbo noſtro adeſt ſpaſtica pulmonum affectio, ita vt vnam inſpirationem quinque ſex et plures inſequantur exſpirationes, cum magna aegroti anxietate et ſono ſibilante. Epidemicus hic morbus eſt, et contagioſus etiam habetur. Irritamentum illum producens acre eſt aliquod, quod non in pulmonibus, ſed omnium conſenſu in ventriculo latet, qua de cauſa medicamenta etiam illud depellentia morbum certiſſime ſanant. Ventriculum materialis huius cauſae ſedem eſſe, partim probant ſymptomata primarum viarum ſaburram indicantia et ante paroxyſmum apparentia, partim vero vomitus cum quo ille finitur et poſt quem magnum aegri leuamen ſentiunt: methodus denique huic morbo medendi ipſa quae in iuſta euacuantium applicatione verſatur: quo facto nimia

a) Geſchichte der Kriebelkrankheit beſonders derienigen welche 1770, 71 in den Zelliſchen Gegenden gewütet hat Goett. 1782.

nimia ventriculi ſenſibilitas et irritabilitas, a materia acri irritante inducta, antiſpaſmodicorum et roborantium ope tollatur. Ad meam vero ſententiam confirmandam obſeruationes et dicta nonullorum auctorum F. HOFFMAN *a*) BAGLIVII *b*) SYDENHAM *c*) WERLHOFF *d*) ROSENSTEIN *e*) VOGEL *f*) LVDWIG *g*) TISSOT *h*) STOLLE *i*) MILLAR *k*) aliarumque ſat ſuperque inſeruiunt.

An. 1775. 76 hic morbus in patria vrbe valde graſſatus eſt, vomitoria et vſus tartari emetici refracta doſi vti ex methodo medendi patris optimi practici ibidem et phyſici, ſcio, morbum funditus fere eruebant.

§. XXIII.

ASTHMA et CATARRHVS SVFFOCATIVVS morbi cum reſpiratione difficili tantummodo in eo differunt, vt in hoc reſpirationis difficultas tam ſubito ac fortiter hominem inuadat vt

a) M. r. ſ. T. IV. P. III. C. III. p. 112. vid. opera omn. T. III. *eiusdem* D. de tuſſi conuulſiua vide ſupplement ad oper. ſecundum p. 245.

b) Opera omn. L. B. 1704. p. 114.

c) Opera p. 394.

d) L. c. p. 690.

e) L. c. 389.

f) L. c. p. 414.

g) Inſtitutiones medicinae clinicae Lipſ. 1769. §. 753.

h) De morb. neru. T. IV. p. 443.

i) L. c. T. I. p. 231. T. II. p. 175. 58.

k) Obſeruations onthe aſthma and the Loopingh-Cough. Lond. 769.

l) BRENDEL D. de tuſſi conuulſiua oper. P. I. p. 159. SELLE l. c. p. 385. GESNER l. c. B. 2. p. 343.

vt mox ſuffocationis metum iniiciat, cum in illo non tanta quidem vehementia, ſed per longius temporis ſpatium vexetur *a*). Variis quidem cauſis hi morbi generantur, neque tamen eſt dubium illos quoque eodem modo, quo tuſſis conuulſiua ex irritamento primis viis inſito oriri poſſe. BAGLIV *b*) vomitoria in aſthmate iubet humido. SAVVAGES eiusdem morbi ſedem ex abdomine deducit *c*) et varia apud BOERHAAVIVM de aſthmatis ex infimo ventre legimus origine *d*) attentione noſtra praeſertim digna eſt iuuenis ex abuſu caſei toſti aſthmatici hiſtoria *e*). F. HOFFMAN exemplum habet aſthmatis conuulſiui a flatulentia, *f*) et alio loco ſquillae vſu qua viſcidam pituitam euacuaret ſimilem morbum ſanatum fuiſſe perhibet *g*). Plures praeterea medici hos morbos de inſtituto pertractantes, hanc cauſarum ſedem vt non raram ſignificant *h*), cum quibus etiam conſentiunt R. WHYTT *i*) TISSOT *k*) aliique *l*).

§. XXIV.

a) COSHWITZ D. de differentiis aſthmathis conuulſiui et catharrhi ſuffocatoui Hal. 721.

b) Opera omn. p. 105.

c) L. c. T. II. P. II. C. V. p. 173.

d) Conſultationes medicae. T. I. p. 147. 128.

e) L. c. p. 11.

f) M. r. ſ. T. IV. P. III. oper. T. III. p. 96. conſultat et reſponſa med. oper. T. IV. Caſ. 90. p. 133.

g) Eodem loco. p. 102.

h) F. FLOYER traite de l'aſthme trad de l'angl. Par. 1761. MILLAR l. c. WOLF D. de aſthmate Argent 754. AKINSIDE medical transact. V. I. p. 93.

i) L. c. p. 429.

k) L. l. c. p. 443. 44.

l) MEIER D. de aſthmate Gött. 779.

§. XXIV.

INCVBVS ſeu EPHIALTES eſt malum in quo quis difficultate quadam reſpirandi et anxietate corripitur, et quidem in ſomno, dorſo cubans cum ſenſu ponderis pectus prementis. Aſthmatis fere hic morbus naturam habet, quare ex ſimilibus cauſis etiam oriri poteſt. Irritamentum pulmones per conſenſum afficiens, non raro in ventriculo latet. M. ETTMÜLLER *a*) incubum ex vermibus ortum eſſe tradidit. SAVVAGES *b*) in hoc malo inprimis emetica cathartica parcumque victum commendat. VOGEL pituitam aut humorem circa praecordia haerentem melancholicum, incubum procreare perhibet *c*), denique vero R. WHYTT huius mali originem ex abdomine prolixius demonſtrat, illudque in ſe ipſo, corrupto aut nimis impleto ventriculo, animaduertiſſe dicit *d*).

§. XXV.

DOLORES ex quaque neruorum irritatione oriri poſſunt. Cauſa vero doloris non ſemper partibus in quibus ſentitur ineſt, ſed conſenſus ope ab vna ad alteram ingrata perfertur ſentatio. Tam magna inter ventriculum remotasque corporis plagas eſt ſympathia, vt mirum non ſit in illo inteſti-

norum

BRENDEL D. de catarrho ſuffocatiuo. oper. P. II. p. 88.

a) Opera T. II. P. II. p. 164.

b) L. c. P. II. C. V. p. 131.

c) L. c. §. 520.

d) L. c. p. 466. 473.

norumque canali dolorum cauſam ſaepe contentam eſſe. Ex ventriculo corrupto ſordibusque impleto crudeliſſimae oriuntur cephalaegiae, otalgiae, et odontalgiae in quibus nil niſi primarum viarum euacuatio proficit, quod inprimis demonſtrare aniſi ſunt RAHN *a*) WHYTT *b*) TISSOT *c*) VOGEL *d*) HOFFMANN *e*) aliarum partium dolores ſaepiſſime ex abdomine veniunt, et niſi tota eorum cauſa in illo latet, ab eius tamen vitiis valde augentur. Sicce habet cum rheumatiſmo, arthritide *f*) inflammationibus et vulneribus. Horribiles colici cruciatus, cardialgia aliaque huius generis mala ſolummodo a morboſa viſcerum abdominalium conditione produci poſſunt, et multiuaria ſunt dolorum genera ex hoc fonte vel enata vel tantum aucta, quorum prolixiorem vero pertractationem limites quibus talia ſcripta academica circum ſcribi ſolent, vetant.

§. XXVI.

TETANVS de quo iam apud HIPPOCRATEM *a*) et ARETAEVM *b*) obſeruata exſtant, omnium neruoſorum morbus fere

a) Diſſ. cit. p. 4. 13. 47. 54.
b) L. c. p. 4. C. 10.
c) L. c p. 429.
d) L. c. §. 417.
e) D. de clinica dolorum praxi vid. ſupplem. ſecundum.
f) HOFFMANNI oper. T. VI. p. 159. de bile medicina et veneno corporis Tractatus. STOLLE P. II. p. 93.

a) De diebus iudicialibus p. 73. L. III. de morbis p. 491. de internis affectibus p. 591.
b) l. c. L. I. p. 3.

fere eſt crudeliſſimus, in quo membra tanta rigiditate afficiuntur, vt plane flecti nequeant, et quem haud raro mors mox inſequatur. Ille aut totum corpus afficit, aut muſculos ſolummodo maxillas mouentes, ita vt nullo modo os aperiri poſſit, et tunc trismus ſ. ſpasmus maxillae inferioris apellatur. Cauſae huius morbi variae ſunt, vitia vero abdominis ex earum catalogo eximi haud debent. Acrimoniae enim et irritamenta in primis viis alios morbos eiusdem fere generis neruoſos procreare poſſunt; cauſae autem morbum noſtrum efficientes, eiusmodi ſunt qui omnes irritamenti in modum agunt, frigus e. g. in regionibus calidis nocturnum, vulnera, aër putridus, aliaque, quod vero ab his perficitur ſtimuli etiam in abdomine facere poſſunt. Scriptores qui morbum in regionibus calidis, vbi frequentior adeſt, obſervarunt, vno denique ore confirmant *c*) eum ex aëre poſt dies calidiſſimos frigido nocturno frequentiſſime oriri, in tali enim viciſſitudine primae viae purae non manent, bilis vero humoresque ſolis aeſtu acriores redditi, et tranſpiratione nocturno frigore imminuta, ad inteſtina feruntur, nam tranſpiratione cutanea ſuppreſſa, illa in canali inteſtinorum augetur, qua de cauſa tunc mali humores ibidem accumulantur.

 Multi

c) W. HILLARYS obſeruations on the epidemical diſeaſes in the Island of Barbados. transl. in linguam vernaculam a Cl. AKKERMAN Lipſ. 1776. BAJON hiſtoire de Caienne Par. 1777. vid. Ill. RICHTERI chirurgiſche Bibliothek. B. 5. St. 2. p. 163.

Multi quoque auctores primarum viarum ſaburram, vermes, aliaque irritamenta hic latentia in generatione tam tetani vniuerſalis quam ſpaſmi maxillae inferioris acuſant; quos omnes recenſitos inuenies apud ILL STARKE *d*). Reliqui auctores qui hunc morbum a vermibus obſeruarunt ſunt SAVVAGES *e*) VOGEL *f*) SCHENK *g*) BRENDEL *h*) BILFINGER *i*) TRNKA *k*) RAHN *l*) DE HAEN *m*). Alia praeterea primarum viarum irritamenta morbum noſtrum producere valent, quod teſtantur varii auctores apud STARKIVM *n*) F. HOFEMANN a bile corrupta ſpasmodicos et tetanicos morbos ſaepius generari contendit *o*) WERLHOFF et SELLE in triſmo infantum lac maternum acuſant *p*) eandemque ſententiam habent TRNKA *q*) et AKKERMANN *r*) VOGEL venena et pituitam inter cauſas huius

d) D. de Tetano ſectio prior Ienae 1777. ſectio poſterior ibidem 1778. Sect. pr. p. 39. 52. Sect. poſt. p. 3. 34. 36. 67. 77. 87.

e) L. c. T. II. P. II. p. 15. 34.

f) L. c. §. 488.

g) Obſ. L. I. p. 134.

h) Oper. T. I. p. 189.

i) D. de tetano Lindouiae. 1763. S. V. §. 12.

k) WENCESL TRNKA de KR'ZOWITZ de tetano. Vindob. 1777.

l) L. c. p. 118.

m) rationes medendi T. X. p. 138.

n) L. c. ſect. I. p. 45. 49. 53. ſect. II. p. 3. 11. 25. 26. 27. 53. 54.

o) D. de bile medicina et veneno corporis vid. oper. T. VI. p. 158.

p) Oper. P. III. p. 705. Selle. l. c. p. 313.

q) L. c. p. 98.

r) Abhandlung über die Kenntniſs und Heilung des Trismus Nürnb. 1778. p. 94.

ius morbi poſuit *s*) BILFINGER *t*) DE HAEN *u*) AKKERMAN *x*) TRNKA *y*) idem faciunt, bilemque praeterea adiiciunt. HILLARY tetanum infantilem inprimis ex meconio haud educto primarumque viarum acido originem trahere credit *z*). ILL ZIMMERMANN tetanum a pulmento immodice ingurgitato vidit *aa*) et DE HAEN tetani hiſtoriam ex materia circa praecordia haerente putrida orti, acidorumque vſu ſanati, enarrat *bb*). Spaſmus maxillae inferioris ſaepe inſequitur parte tendinea aliqua vulnerata. Haec laeſio vero cauſa illius vnica eſſe nequit, cur enim non in omnibus huius generis laeſionibus oritur? alia cauſa huc accedere debet quae per vulnus conflictum excitata neruos corripiat. Cuilibet vero Chirurgorum notum eſt in omnibus fere vulneribus primarum viarum vitia libenter accidere, nonne ergo fieri poteſt, vt primarum viarum ſaburra, quae ſicut in aliis vulneribus ita et in laeſionibus partium tendinoſarum procreari aut iam antea adeſſe potuerit, in noſtro morbo magis in culpa ſit quam illud minimi pretii vulnus? Alias praeterea cauſas aërem nempe impurum ſecundum ILL THEDEN obſeruationes *cc*)

G 3 morbum

s) L. c. §. 488.

t) L. c. S. V. §. 12.

u) L. c. p. 137.

x) Sect. II. p 90 92.

y) L. c. p. 101. ſeq.

z) L. c. p. 259.

aa) Von der Erfahrung. T. II. p. 264. 426. 441. 593.

bb) L. c. p. 187.

cc) Neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereichrung der Wundarzeneykunſt. I. T. 24. Abtheil.

morbum noſtrum proferre poſſe haud nego, illam vero quam nos pertractauimus, nonnunquam etiam adeſſe, aſſerendum eſt, et in hac re nobis cum conſentiunt omnes fere autores ſupra iam dicti praeſertim BRENDEL *dd*) WHYTT *ee*) TRNKA *ff*) qui primarum viarum euacuationem in hoc morbo haud negligendam eſſe confirmant.

§. XXVII.

MANIA et MELANCHOLIA ſunt morbi cum mentis perturbationibus chronicis, valde ſibi ſimiles, eiusmodi fere cauſas occaſionales agnoſcentes, eandem medelam non raro poſtulantes, et qui ſe inuicem inſequi poſſunt *a*), qua de cauſa illos etiam in vnam redigere claſſem non haeſitaui. Conditio vero ſolidarum corporis partium varia eſſe videtur, in mania enim irritabilitas aucta apparet quare et maniaci furibundi et iracundi ſunt, in melancholia e contrario vero irritabilitas imminuta adeſt et aegroti ſunt timidi, ſtupidi et triſtes.

Multi rei medicae ſcriptores triplicem horum morborum ſedem aſſumſerunt, maſſam nempe ſanguinis, cerebrum, infimi-

dd) L. c. p. 102.
ee) L. c. p. 102.
ff) L. c. p. 101. 102.

a) ARETAEVS de cauſis et ſignis morborum diuturniorum. L. I. p. 29. C. VOGEL l. c. §. 740. BOERHAAVE aphor. §. 1118. v. SWIETEN Comm. T. III. p. 519.

infimique ventris viſcerum vitia *b*); quod vltimum cauſarum domicilium ex aliorum dictis et obſeruationibus demonſtrabimus. ARETAEVS ex atra bili praecordia petente melancholiam oriri poſſe contendit *c*), ſub atra bile vero bilem naturalem flauam et degeneratam intelligere videtur, cum in poſterum adiecit, feces aluinas et vrinam in melancholicis eſſe biliosas *d*); maniam porro ex bilis impedita excretione deducit *e*). Si cauſas horum morborum procratarcticas nonnullas reſpicimus illas bilem et in genere viſcera, chylificationi inſeruientia, afficere clare eluceſcit; nonne vero hos etiam effectus habent animi pathemata, vitia diaetae, vita ſedentaria, resque hos morbos producentes aliae? Docet LORRY a cibis ventriculum grauantibus, ab acribus ingeſtis animique motibus melancholiam venire poſſe *f*) F. HOFFMAN affectum melancholico maniacum poſt animi affectus, prauum vitae genus et vitam ſedentariam obſeruauit *g*). BOERHAAVIVS materiam atrabilariam in vaſa hypochondriaca poni et ex hac cauſa melancholiam naſci contendit *h*), eique conſentit VAN SWIETEN *i*) SCHENK hunc morbum vitri anti-

b) V. SWIETEN T. III. p. 471. LORRY de melancholia. T. I. P. 2. C. 4. p. 295. VOGEL l. c. §. 741.

c) L. c. p. 29. C. p. 30. A.

d) L. c. p. 30.

e) p. 31.

f) L. c. T. I. P. I. C. 4. p. 8. 7. 99. 286.

g) Conſultationes et reſponſa medica Caſ. 36. opera. T. IV. p. 62.

h) Aphor. §. 1098. 1099.

i) Comment. T. III. p. 481.

antimonii ope quod magnam bilis copiam euacuabat ſanauit *k*) enarratque hiſtoriam melancholiae ex alui obſtructione ortae, clyſteribus et purgantibus curatae *l*), monet praeterea huiusmodi mali cauſam non raro in viſcerum abdominalium obſtructione et ventriculi imbecillitate latere *m*) MORGAGNI exemplum maniaci, bilioſis alui excretionibus ſanati, in medium profert *n*); exempla praeterea maniae et melancholiae a bilis viſcerumque hypochondriacorum vitiis apud F. HOFFMAN inuenimus *o*). Bilis ita degenerare poteſt, vt per ſe aut partes in quibus latet vellicando, vaſa minima obſtruendo aut abdominalium viſcerum actionem alio modo peruertendo, horum malorum mater euadat, quod LORRY in primis docet *p*). Haec vero non vnica cauſa eſt ſed obſtructiones ſaepiſſime viſcerum in culpa ſunt *q*). Ad hanc cauſam etiam medici nonnulli qui in hoc morbo reſoluentium et euacuantium vſum tantopere ſuadent reſpicere videntur: MEAD *r*) helleborum euacuandi cauſa commendat, ILL. MVZEL tartarum ſolubilem *s*) WERL-

k) Obſeruat. L. I. p. 145.

l) L. c. p. 145.

m) L. c. p. 150. 151.

n) Epiſtol. 8. Art. 10. p. 56. 57.

o) S. m. r. T. IV. P. 4. oper. omn. P. 3. p. 252. etc.

p) T. I. P. 2. C. 2. p. 227. VOGEL l. c. §. 741.

q) BOERHAAVE conſult. V. III. p. 33. WERLHOFF T. III. p. 811. SCHENK l. c. LORRY T. I. P. I. C. 4. p. 100. P. 2. C. 3. p. 269. 73. 75. 302. WHYTT p. 464. SELLE p. 304.

r) Monita et praecepta medica edit WINTRINGHAM p. 204.

s) Mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen. Berl. 1754.

WERLHOFF mercurium dulcem *t*) aliique rurſus remedia ex reſoluentium claſſe alia. Cl. denique GREDING in melancholicorum et maniacorum cadaueribus hepatis non raro, lienis, meſenterii ventriculique indurationes detexit *u*), quem etiam conſulere velis ſi horum aegrotorum hiſtorias methodumque medendi aliquam ſcire cupias *x*). Vermes etiam hos affectus procreare poſſunt *y*) ingeſta quoque nimia copia ingurgitata de quibus exemplum inuenimus apud CL. STÖLLER miratu digniſſimum, qui maniam in quindecim annorum iuvene, panem cucumeres aliosque cibos copioſe ſumto obſervauit, quam vero paucis praeterlapſis horis vomitus et diarrhoea congruorum remediorum ope excitata plane tollebant *z*). Saburra primarum viarum quaelibet *aa*), ſenſibilitas earum nimia imo etiam plethora abdominalis ipſa melancholicos maniacosque affectus proferre poteſt, de quibus apud CL. RAHN plura exſtant *bb*).

MORBI-

t) P. III. p. 693. nota Ill. Editoris.

u) Melancholico - maniacorum et epilepticorum quorundam in ptochotropheo Waldheimenſi mortuorum ſectiones. Contin. 4t. et ſuplem. Sect. 2 dum vid. LVDWIG aduerſaria medico - practica. Lipſ. 769. 71. 72. V. 3. P. I. p. 75. P. 4. p. 682.

x) LVDWIG aduerſaria VI. P. I. p. 71. P. 2. p. 259. P. 4. p. 637. V. II. P. I. p. 90. P. II. p. 269, P. III. p. 449. P. IV. p. 622.

y) VANDEN BOSCH hiſtoria conſtitutionis epidemicae. verminoſae. 1762. p. 208. RAHN l. c. p. 102. ſeq.

z) Beobachtungen und Erfahrungen. Gotha, 1777.

aa) KAEMPF Enchirid. p. 112.

bb) L. c. p. 104. 50.

MORBI CVM IMMINVTA SENSIBILITATE ET IRRITABILITATE.

§. XXVIII.

Febrilis.

LETHARGVS eſt morbus cum febre acuta ſoporeque perpetuo, ex quo aegri expergefacti mentis perturbationem, eorumque, quae facta ſunt, obliuionem oſtendunt, mox vero in priorem ſomnum relabuntur *a*). Plerique quidem medici huius morbi cauſam ſolummodo in cerebro humorumque ſeroſorum in hoc viſcere accumulatione quaeſiuerunt. Sed licet poſt lethargicorum mortem aquae copia in illorum capite detecta fuerit, multa tamen ſuadent, illum effectum magis quam cauſam morbi ipſam appellare; non in omnibus enim lethargicis adfuit, et homines quorum cranium horribili aquae copia impletum eſt, vt illi qui hydrocephalo laborant, omnium conſenſu ab affectibus ſoporoſis liberi manent, quod vero fieri non poſſet ſi aquae ibidem accumulatio lethargum ſemper produceret. Quibus permotus non poſſum facere quin credam, morbum noſtrum conſenſuale magis quam idiopathicum malum eſſe *b*) cauſam vero illius ex infimi ventris viſcerum vitiis enaſci, ſuadent ſequentia. Affectus huius prodromi ſunt grauitas capitis, vertigo, anxietas, nauſea, conatus vomen-

a) BRENDEL D. de lethargo. oper. P. III. p. 23. SELLE elementa Pyretologiae. p. 273.

b) BRENDEL D. cit. §. VIII.

vomendi, vrina iumentoſa, inter haec ſymptomata venit febris, et ſopor, venter durus eſt, aut male olentia dimittit, facies icterica, tumor ad ſegmentum muſculi orbicularis palpebrarum apparet, lingua alba aut fuſca eſt *c*); ecquis vero, ſi haec omnia veniunt in abdomine praeternaturale aliquid adeſſe dubitabit. Mea ergo ſententia lethargus nil eſt quam affectus ſpaſmodicus ex irritamento in abdomine latente ſaepiſſime excitatus; quod aſſertum etiam hiſtoria huius mali a Celeb. STROMEYERO mihi relata confirmat, cuius cauſa in adomine et quidem in viſcerum obſtructione commotaque ab ira bile latebat, quod et phaenomena praegreſſa et medelae effectus oſtendebant. Vir quidam 45 fere annorum vitae ſedentariae aſſuetus et ad fluxum haemorrhoidalem diſpoſitus, per aliquot temporis ſpatium vertigine, dolore et grauitate capitis, ſuſurru aurium, appetitu proſtrato nauſeaque vexatus, poſt iracundiam a lethargo corripiebatur, et tanto quidem gradu vt ſuſcitari non poſſet. Denique vero hic paroxyſmus clyſmatum pediluuiorum aliorumque congruorum remediorum ope pellebatur, quo facto reſoluentia ac euacuantia vna cum diaeta idonea corporisque motibus priſtinam valetudinem, qua adhuc etiam gaudet, reſtituerunt.

c) HIPPOCRATES Coac. prae not. S. I. p. 192. S. II. p. 137. VOGEL l. c. §. 65. BRENDEL §. II.

AFTIVS *d*) iam lethargum in idiopathicum et alium ex imi ventris viſceribus ſubortum, diuidit. BRENDEL *e*) apud quem omnia de hac materia inuenies lethargi ortum ex abdomine tam luculenter demonſtrauit, vt operam perderem, ſi longa dnmonſtratione vterer. Ill. vir lienis et hepatis vitia ſaepiſſime adeſſe ſuſpicatur *f*) huiusque mali medelam vomitoriorum, clyſmatum aliorumque remediorum ope feliciter peregit *g*). Morbum noſtro ſimilem a vermibus apud MORGAGNI legimus *h*) illeque in bile narcoſin meram poſitam eſſe credit *i*). HOFFMANN enarrat hiſtoriam ſoporis cum febre tertiana coniuncti quem vomitoria ſanabant, et ſimiles denique caſus apud MEDICVM *l*) et RAHN *m*) relatos inuenimus.

MORBI CHRONICI.

§. XXIX.

COMA et CARVS ſunt morbi ſoporoſi gradu tantum diuerſi *a*), qui easdem quam apoplexia cauſas habent *b*) et de

d) Libri medic. Venet. 1734. fol. L. VI. C. 3.
e) L. c. §. VIII.
f) L. c. §. VIII. IX.
g) L. c. §. XV.
h) Epiſt. 6. p. 46.
i) L. c. p. 48.
k) M. r. ſyſt. T. IV. P. IV. oper. T. III. p. 215.
l) Period. Krankh. T. I. p. 21.
m) D. cit. p. 81.
a) V. SWIETEN l. c. T. III. §. 1048. p. 324. BRENDEL D. de affectibus ſoporoſis oper. P. II. p. 108. DANIEL noſolog p. 85.
b) SWIETEN p. 324.

de quibus omnia fere dici poſſunt, quae de morbo attonito valent, qua de cauſa prolixior eorum pertractatio hic invtilis erit, et paucis tantum illos attingam. Affectus ſoporoſi frequentiſſime ex abdomine proueniunt. HIPPOCRATES homines vidit a ſomnolentia in prandio correptos *c*). ARETAEVS ventrem ſubluere, flatus educere et clyſteres in ſopore dare ſuadet *d*). HOFFMAN humores per infimi ventris ſpaſmos ad ſuperiora cogi et ſopores alici enarrat, qua de cauſa hos morbos a lumbricis etiam produci animaduertit.

Coma ille ſomnolentum ex eryſipelate, quod ſemper ex primarum viarum ſordibus oritur, retropulſo in homine victui craſſo aſſueto, aluum adſtrictiorem habente moeroríque per longum tempus indulgente, et carum in febre eryſipelacea poſt alui adſtrictionem octiduam et excretione ſubſequente ſanatum obſeruauit *f*). Cum coma non raro a pituita viſcida in ventriculo originem trahit, vomitorium porrigere ſuadet *g*). BOERHAAVE duas ſomni profundi hiſtorias refert ex vini cibique nimia ingurgitatione orti, vomitoriorum ope vero depulſi *h*); infantem, purgante adhibito a comate liberauit *i*); in

c) De prisca medicina Sec. I. p. 12.

d) De curat. acut. morb. L. I. p. 78. 79.

e) m. ſ. r. T. IV. P. IV. op. T. III. p. 211.

f) L. c. p. 215. 217.

g) L. c. p. 214.

h) morb. neru. T. II. p. 683.

i) P. 86.

in genere vero primarum viarum euacuationem in his morbis ſummum remedium eſſe contendit. SWIETEN e ventriculo cibis diſtento ſomnolentiam peuenire dicit *k*). RAHN multos huius generis morbos ab aliis obſeruatos memoriae prodidit et Ill. denique TISSOT capitis affectus vt et ſomnolentias ſaepiſſime ex abdomine etiam originem ducere confirmat *m*).

§. XXX.

APOPLEXIA eſt morbus in quo aeger omni ſenſationum et motuum vſu ſubito priuatur, aërem cum ſtrepitu trahit mortuique inſtar humi procumbit. Nonnulli ab hoc morbo cerebrum ſemper idiopathice affici et vel a ſanguine vel ſero ibi accumulato ita comprimi, vt omnes actiones naturales ceſſent, crediderunt. Sed certiſſime in hoc errant, nullum enim cerebri vitium in ſectionibus defunctorum detectum fuit *a*), qua de cauſa aliae huius morbi cauſae etiam adeſſe poſſunt et debent *b*).

Non raro eſt apoplexia affectus ſpaſticus *c*) in abdomine excitatus, qui aut congeſtionem ad capud producendo, aut incognito

k) Commment. §. 1010. p. 266. §. 1045. p. 324.

l) D. cit. p. 80. ſeq.

m) De morb. neru. T. IV. p, 429.

a) MORGAGNI epiſt. V.

b) TISSOT epiſt. p. 169. edit. Ill. Baldingeri C. A. MANGOLD D. apoplexiae plures praeter ſanguineam et ſeroſam dari ſpecies. Erf. 1765.

c) Cl. LENTIN memorabilia circa aërem vitae genus, et morbos Clausthalienſium Goett. 1779. p. 131.

quodam modo hunc morbum conſenſus ope procreat. Multa ſaepiſſime antecedunt incommoda, quae nobis ſuſpicionem iniiciunt abdomen huius mali officinam eſſe: haec ſunt anxietas, nauſea, conatus vomendi, vomitus ipſi, appetitus imminutus, aliaque *d*). Medicorum ſi euoluimus ſcripta morbi attoniti ortum ex infimo ventre indicatum et obſeruatum inuenimus. ARETAEVS homines ſaepe in apoplexiam ex voracitate et crapula incidere et his aluum laxandam eſſe docet. BAGLIV. vomitoria et purgantia in hoc morbo commendat *f*). HOFFMAN ex infimi ventris ſpaſmis apoplexiam nonnunquam originem ducere, dicit *g*), et auctore illo, vomitoria et clyſteres magnam vtilitatem habent *h*) et ingluuies ſecundum illius ſententiam locum inter huius morbi cauſas principem occupat. *i*) MORGAGNI in apoplecticis multa infimi ventris vitia detexit *k*) in duobus praeſertim bilis viridis nigricans, calculique fellei in conſpectum venere, quos apoplexiae cauſam eſſe opinatur, *l*), qui a vermibus etiam *m*) et flatulentia *n*) illam obſeruauit.

BOER-

d) SYDENHAM op. p. 517. LENTIN l. c. p. 133. I. G. MOLL D. de apoplexia bilioſa Gött. 780.

e) De curat. morb. L. I. p. 81.

f) Opera omnia. p. III.

g) M. r. ſ. T. IV. P. 4. oper. T. III. p. 196.

h) L. c. p. 199.

i) D. de apoplexia. vid. ſuplement z. et p. 122.

k) L. c. L. I. epiſt. 3. 4. 5.

l) P. 17. 18. 24.

m) L. c. 24.

n) p. 42.

BOERHAAAE viſcerum chylopoieticorum irritamenta inter huius mali cauſas referre haud oblitus eſt *o*) et Ill. eius Commentator apoplexiam ex ingluuie *p*), venenis et quadam primarum viarum ſaburra oriri poſſe memorat *q*), et viri in conſortio amicorum ſubito morbo attonito affecti vomituque ſanati exemplum enarrat *r*) qua de cauſa vomitoria etiam et purgantia valde ſuadet *s*). VOGEL ingluuiem omniaque viſcerum abdominalium vitia accuſat *t*) quod etiam facit LVDWIG *u*) Ill. MEDICVS duas hominum apoplexia periodica mortuorum hiſtorias memoriae prodidit in quibus aliud nullum vitium apparuit quam magna bilis in ventriculo et inteſtinis copia *x*). Frequens affectuum capitis imo etiam apoplexiae cauſa monente Ill. TISSOT in ventriculo reſidet *x*). Ill. STOLLE hemiplegiam biliosam vomitoriis fere ſanatam enarrat *y*). Cl. GRANT morbi attoniti cauſam in abdomine ſaepiſſime latere contendit, ſententiamque ſuam hiſtoriis nonnullorum quos vomitoria ſanabant confirmauit *z*). Cauſae praeterea apoplexiae, eſſe poſſunt colluuies verminoſa, viſcerum abdominalium obſtructiones et ingluuies ſecundum Cel. SELLE *aa*). Ill. SCHÖN-

HFIDER

o) Aphor. §. 1010. N. 3. Conſultat. L. II. p. 52. morb. neru. T. II. p. 665.

p) Comment. T. III. p. 266. 69. 70.

q) Comment. T. III. p. 277.

r) P. 286.

s) P. 298.

t) §. 558.

u) Med. clinic. §. 632.

x) Geſchichte periodiſcher Krankheiten. L. II. p. 299.

y) Morb neru. T. IV. p. 429.

z) T. II. p. 92.

aa) Beobachtung über die Heilung der Fieber, aus den Engliſchen. Leipz. 1775. p. 441. 43. 46.

HEIDER viri ſeptuagenarii vitae ſedentariae aſſueti hiſtoriam habet quem vomitoria decies a graui inſultu apoplectico liberabant *bb*).

Multa quidem exempla nonnullorumque virorum teſtimonia alia ad ſententiam noſtram confirmandam proferri poſſent, quae vero relata inuenies apud SCHRÖDER *cc*) RAHN *dd*) et MOLL *ee*), qui hanc materiam ex propoſito pertractarunt.

§. XXXI.

PARALYSIS affectus eſt neruoſus in quo pars aliqua ſenſibilitatem ſuam naturalem, aut aeger illam mouendi facultatem perdit. Hoc malum non raro apoplexiam inſequitur, et iisdem cauſis quibus illa etiam produci poteſt. Saepe itaque morbus eſt conſenſualis qui nonnunquam ex abdomine originem habet. Secundum omnium fere rei medicae ſcriptorum obſeruationes frequentiſſimus eſt colicarum praeſertim ſaturninae *a*) ac pictonum *b*) effectus, nec non dyſen-

bb) Med. clin. p. 331.

cc) Acta hafnienſia V. I.

dd) D. reſp. KOCH de apoplexiae ex praecordiorum vitiis origine Gött. 767.

ee) D. cit. p. 82. ſeq.

ff) D. cit. p 21. ſeq.

a) HOFFMAN m. r. ſ. T. IV. P. 4. op. T. III. p. 203. SCHENK obſ. L. I. p. 101. SWIETEN l. c. p. 357. STOLLE r. m. T. II. p. 415.

b) SWIETEN l. c. p. 357. HUXHAM T. I. p. 372. T. III. p. 56. DE HAEN D. de colica pictonum. Hag. 1745. *eiusdem* r. m. T. III. X.

dyſenteriae adſtringentium aliorumque incongruorum remediorum vſu ſuppreſſae *c*). Euacuationes primarum viarum retentas nec non venena paralyſin producere poſſe, nonnulli autores confirmant *d*), idem efficere valent alimenta adſtringentia *e*) et ingluuies *f*). Paralyſin poſt colicam biliosam periodicam quam euacuantia ſanabant ILL. MEDICVS obſeruauit *g*), qui et exempla eiusdem morbi a vermibus affert *h*). Surditatem et linguae paralyſin ex vermibus ſaepius oriri docet ILL TISSOT *i*) et eundem morbum ex eadem cauſa etiam vidit CL. GESNER *k*) CL. PERZIVALL hemiplegiam ex hepatis vitiis et ventriculi inteſtinorumque laxitate obſeruauit *l*), quem morbum poſt hepatitidem in Commercio litterario Norimbergenſi relatum inuenimus *m*). Paralyſeos cauſis adnumerat praeterea Celeb. SELLE animi motus

c) ZIMMERMAN von der Ruhr. Zurch, 1767. p. 138. 142. 143. P. C. FABRICIVS D. de paralyſi brachii unius et pedis alterius lateris dyſentericis familiari. Helmſt. 1750.

d) BOERHAAVE §. 1060. VOGEL §. 565.

e) BOERHAAVE §. 1060. SWIETEN p. 360.

f) SCHENK obſ. p. 96. I. A. WEDEL D. reſp. KANNENGIESSER de paralyſi. Ien. 1745. SAM. AVRIVILLII et P. ENGSTRÖM D. de paralyſi. Vpſal. 1765. p. 199. BALDINGERI ſyll. VI.

g) L. c. T. I. p. 191.

h) L. c. T. II. p. 295.

i) Morb. neru. T. IV. p. 443. 439.

k) L. c. B. 2 Abth. I p. 359.

l) Eſſays medical and experimental. Lond. 1772.

m) Ao. 1740. hebd. 43. p. 362.

motus bilem mouentes, iracundiam praeſertim *n*), ex qua cauſa in noſocomio noſtro academico hemiplegiam perfectam obſeruaui. Plura huius morbi ex abdomine exempla apud CL. RAHN extant *o*) in genere vero de hac materia elegans BRENDELII ſcriptum *p*) legi meretur.

Amauroſin ab acido primarum viarum vidit WHYTT *q*) ex ingluuie illum oriri poſſe refert TISSOT *r*) eundemque morbum ex partu difficili paucis a partu horis inualeſcentem obſeruauit BRENDEL *s*). Vitia viſus imo amauroticum affectum ipſum poſt iram oriri fert CL. GESNER qui vomitoriorum vſu illa ſanauit *t*); quae etiam ſuadet Ill. SCHMVKKER *u*) cuique conſentit ILL. RICHTER praeceptor ac fautor aeternum venerandus *x*). Quantum vero quaelibet praecordiorum vitia ad amauroſin procreandam conferant, ex inſtituto demonſtrauit CL. NOOTNAGEL *y*).

 §. XXXII.

n) Med. clin. p. 326.

o) D. cit. p. 90.

p) Progr. de pareſi atrabilaria Hippocratis. oper. T. I. p. 154.

q) L. c. p. 462.

r) M. n. T. IV. p. 432.

s) D. de lethargo op. T. III. p. 33.

t) L. c. p. 391.

u) Vermiſchte chirurgiſche Schriften 2 B. Berl. 1779. vid. Ill. RICHTERI chir. Bibl. V. B 2. St. p. 217.

x) Noua Commentaria ſocietatis regiae ſcientiarum Goettingenſis V. IV. A. 1774. Chirurgiſche Bibl. 3. B. 2 St. p. 344.

y) D. de amauroſi. Erlang. 1776. vid. BALDINGERI ſyll. VIII.

§. XXXII.

CATALEPSIS morbus ſpaſmodicus in quo aeger ſenſuum ſubito motuumque vſu eſt deſtitutus, illumque ſitumquem in paroxyſmo ingruente habuit, ſeruat, membra licet flecti poſſint, frequentiſſime ex abdomine oritur *a*). Omnia tam mole quam indole acri et irritante, ventriculo inteſtinisque moleſta ad illum morbum conferunt. SCHENK eum in foemina poſt coenam, clyſteris vſu, magnam ſecum copiam educentis, ſanatum animaduertit *b*) in duobus hominibus purgantium ope ipſe mederi curauit *c*), illumque non raro a bile et pituita procreari docet *d*). Victum craſſum animique affectus catalepſeos cauſas eſſe confirmat HOFFMAN *e*) CL. HAASE *f*) catalepſin poſt paſtum nimium vidit quem vomitus ſpontaneus ſanabat.

A ſaburra ſtomachali tam pituita quam bile ſecundum VOGELII ſententiam catalepſis ortum capit *g*). Clar. HIRSCHEL hominis exemplum hoc morbi correpti enarrat, quem poſtea epilepſia vexauit, cuius vero medelam reſoluentium, eua-

a) SCHENK obſ. L. I. p. 73. L. E. HIRSCHEL von der Starrſucht, Berlin. 1769. d. 13.

b) P. 71.

c) P. 72.

d) P. 73.

e) m. r. ſ. T. IV. P. IV. oper. T. III. p. 47.

f) Commercium litterar. Norimbergenſe, 1743. hebd. 18. p. 142.

g) L. c. §. 57.

cuantium roborantiumque ope abſoluit *h*) eiusdem argumenti hiſtorias in eximio ILL. TISSOT libro inuenimus *i*) qui ſicut multi alii auctores *k*) abdomen praeſertim acuſat; ſed et vermium cura in hoc malo non negligenda eſt, cum illi frequentiſſime in culpa ſint *l*). Catalepſin in puella octo annorum obſeruauit SCHENK *m*) et ex eadem cauſa HOFFMAN in duodecim annorum puella circa tempus fluxus menſtrui ingruentis *n*). Affectum, mercurii dulcis ope ſanatum verminoſum catalepticum, memoriae prodidit SAVVAGES. *o*) van SCHWIETEN catalepſeos hiſtoriam nobis enarrat in muliere, qua illa corripiebatur cum nuces caſtaneas in sartagine torreret, quae vero vermium duorum eiectione per os ab hoc malo plane liberata fuit *p*) plura illius morbi exempla memorat CL. RAHN *q*).

§. XXXIII.

h) L. c. p. 13. ſeq.

i) Von der Starrſucht vid. eius tractatum de morbis neruorum curante AKKERMAN edit. T. III. L. II. Lipſ. 782 p. 433. 54.

k) S. CORFINIVS D. de catalepſi. Vltraiect. 1669. WHYTT l. c. p. 411. I. F. PRÉ de raro affectu cataleptico. Erf. 1721. G. W. WEDEL D. de Catalepſi. Ien. 711. DELIVS de Catalepſi Erlangae. 754. A. F. GVNDRAMM. D. de Catalepſi. Helmſt. 776.

l) HOFFMAN l. c. p. 47. VOGEL l. c. §. 570. HIRSCHEL p. 17. TISSOT p. 470. ſeq. GVNDRAMM p. 17.

m) L. c. p. 71.

n) L. c.

o) Noſolog. T. II. P. 2. C. 6. p. 417.

p) Comm. T. III. p. 316.

q) D. cit. p. 119.

§. XXXIII.

Haec ſunt beneuole lector, quae de morborum neruoſorum ex abdomine origine Tibi proponere in animum meum induxi. Non omnes quidem neruorum morbos hic pertractatos inuenies, quos vero ſilentio praeterii, de his ea quae ſupra dixi omnia valent. Breue temporis ſpatium ſpeciminis academici elaborationi deſtinatum, et talium ſcriptorum limites nimis circumſcripti, prohibent, quin eiusdem grauitatis materiae in vniuerſum abſolui queant. Trado Tibi laborum meorum primitias, ſperans fore vt vitia a me commiſſa ignoſcas, eaque quae a iuuene inexperto expectari poſſunt beneuole accipias.

THE-

T H E S E S.

I.

Pleuritidis ſedes non in pleura eſſe videtur.

II.

Conſenſus partium corporis humani maxime a neruis dependet.

III.

In febribus inflammatoriis ſanguinem e magna venae apertura emittere conducit.

IV.

Febris puerperarum fere ſemper ex ſordibus primarum viarum oriri videtur.

V.

Aquas ophthalmicas adſtringentes non in quodam ophthalmiae genere et ſtadio adhibendas eſſe contendo.

VI.

VI.

In reſuſcitatione aqua ſubmerſorum inflationem aëris e pulmonibus alius hominis, non tam utilem eſſe quam vulgo creditur, puto.

VII.

Abſceſſus per paruam inciſuram aperire melius quam per magnam.

VIII.

Vernix caſeoſa non eſt ſedimentum liquoris amnii.

IX.

Sanguis immediate et immutatus a matre ad foetum non venit.